2

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE

NATURA GENERATRICE,

Quam,
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Conſenſu atque Auctoritate Gratioſæ Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ETC.
DECANO SUO SPECTATISSIMO,
Domino Patrono, Præceptore ac Promotore ſuo omni honoris cultu proſequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,
HORIS LOCOQVE CONSVETIS,
ANNO MDCCXXXI. D. SEPT.
PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI
SUBJICIET
RESPONDENS
CHRISTOPHORUS BARTHOLOMÆUS HUHN,
REGIOMONTE BORUSSUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DEO
PATRIAE
FAUTORIBUS
ET
AMICIS.

PROOEMIUM.

INter alia præcepta quæ ex *Cleobulo Demetrius Phalereus* referente *Stobæo Serm. III.* collegit, hoc etiam eſt: *genitorem oportet revereri:* quemadmodum genitor certo reſpectu naturalis mediata & efficiens cauſa eſt, ita dignitas illius principii, quod generationem exequitur, ſimul ejusdem cauſæ ſolidam ac ſollicitam indagationem commendat: nec quempiam gravitas hujus proceſſus deterrere debet, utut huic generationis & nativitatis officio multæ obſcuræ, intricatæ ac indagatu difficiles circumſtantiæ & qualitates cohæreant, ut eapropter *Themiſtius*, notante eodem *Stobæo Serm. CXIX. p. 604.* γενέθλιον ἡμέραν vocare juſſerit, ὡς ἄθλων ϗ πόνων μεγάλον ἀρχὴν, *eo quod principium ſit certaminum ac laborum magnorum & multorum:* id quod etiam de ſcrutinio ejusdem cauſæ efficientis valet,

quæ corpus organicum humanum ſtruit, format, informat, generat & perficit, adeoque cauſa generans nuncupatur, de qua non modo operoſæ indagationes inſtituuntur, ſed & inter curioſos eruditos multæ controverſiæ, concertationes variique diſſenſus ſuſcipiuntur & obſervantur: attamen in hac disquiſitione annotanda etiam erit *Ciceronis* exclamatio *Lib. I. de offic. neque enim ita generati a natura ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur*; etenim in re adeo ſeria & magni momenti jocari, aut ſciolam & tantum curioſam meditationem exercere neque locus neque occaſio eſt; quemadmodum enim juxta *Galenum de uſu Partium Lib. 15. c. 6. omnia naturæ opera admiranda* ſunt, ita eo minus decet in hoc Generationis negotio frivole & ſuperficiarie judicare, imo quo dignior eſt cauſa ſuo cauſato, eo dignior eſt cauſæ generantis indagatio: nec deſunt eximii labores atque magnæ curæ, quibus proceſſus ac ſucceſſus Generationis explicatus, illuſtratus, confirmatus, multisque egregiis obſervationibus enucleatus eſt: quando vero de illa cauſa, quæ proxime hanc corporis fabricam in-& exſtruit, agitur, abſtruſæ opiniones circumvolant, ut certa interpretatione effatum *Pomponii Melæ de Thracibus Lib. 2. c. 9.* applicari queat: *lugentur apud quosdam puerperia, natique deflentur*, i. e. triſti, auſtero & moroſo vultu generationis negotium in primo ſuo exordio advertitur; *funera vero feſta ſunt, & velut ſacra cantu luſuque celebrantur*, i. e. cauſæ morborum & mortis promptiſſima mentis alacritate, ac multis curioſis ac jucundis quaſi, inventionibus & meditationibus reci-

citantur: neque enim in hoc argumento adeo abſtruſa eſt natura, (ut ex *Democrito Cicero in quæſt. tuſcul. Lib. 4.* dixit: *natura in profundo veritatem penitus abſtruſit*) quod ipſas hominis origines celaverit, cum in rebus vilioris & indignioris pretii multæ ac perſpicuæ circumvolent interpretationes & explicationes, quare *in eo*, judicante eodem *Cicerone in Catone majore cap. 2. ſapientes ſumus, quod naturam optimam ducem ſequamur, eique paremus*, hocque ſtudio opera etiam Dei in ordine naturæ & ſimul ipſius naturæ diſerte ac ſolerter ſcrutemur: *quod* enim *a natura eſt, optimum eſt* ait *Ariſtides in oratione Platonica Tom. 3. p. 47.* & ſi tam in generali, quam ſpeciali ſignificatu ſatis ſæpe Naturæ notio myſtica & abſcondita eſſe videtur, eapropter tamen haud ita inique de eadem judicare convenit, ac ſi eadem non entibus, aut adhuc penitus incognitis cauſis, & attributis adſcribi mereatur: quin rectius *Beata eſt vita ſuæ naturæ conveniens* dixit *Seneca Lib. de vit. beat. c. 3.* imo felix magisque probata illa eſt mutationum, effectuum & phœnomenorum demonſtratio, quæ genuinis ordinibus naturæ quadrat, ac planas & ſinceras cauſas naturales profert: Et dum multa ac ſtupenda naturæ vulgo tribuuntur, ut propterea *Galenus* elocutus ſit, in *Lib. num ars tuendæ ſanitatis ad artem medicinalem ſpectet, an ad exercit. c. 26. Natura in omnibus auxiliatur*, ita tanto magis illius opus in celebri generationis negotio indagare, agnoſcere, confirmare & commendare debemus: nam *atomi formare, figurare, colorare & animare non poſſunt* dixit *Cicero Lib. 1. de Nat. Deor.* i. e. corpus humanum ſe ipſum ita affa-

bre coagmentare, congregare & conformare haud poteſt: Nec ſufficit tantum in Proceſſu Generationis Myſteria crepare & declamare: neque quidem eapropter aſſerimus, quod intellectus humanus illud quod myſterium eſt, enixe & ſciole ſcrutari debeat: aſt dum in negotio Generationis non omnes circumſtantiæ myſteria talia ſunt, hinc illarum cauſas attente, ſolide & judicioſe rimari licet æque ac decet: quare Generatio naturalis actio eſt, quæ naturales origines, ordines progreſſus, terminos & exitus habet, cujus etiam cauſa proxima non ſupranaturalis eſt: ſicut enim *in reſurrectione nec viri ducunt uxores, nec fœminæ nubunt Matth. XXII. 30.* ita ad præſentis mundi naturalem œconomiam pertinet generare & parere. Quemadmodum porro quælibet actio & quilibet effectus genuinam, proximam & propriam ſuam cauſam habet, ita diſcrepant in Negotio generationis, cauſa illius operans ſive efficiens, operatio ipſa & productum: *majorem* itaque *habet, quam domus, honorem is, qui eam condidit. Ebr. III. 3.* hinc majorem curam meretur indagatio illius cauſæ, quæ corpus humanum ſtruit & ædificat, ſine qua in naturali hoc ordine nullum corpus exſtrui poteſt, velut domus ſine architecta, qui dignioris reſpectus eſt, quam corpus quod in- & efformatur: quare *Deuſingius in Geneſi Microcoſmi probl. 3.* dicit: *circumſpice prius ac inquire a quo actore & directore arduum hoc generationis opus corporis humani perficiatur:* Et ita hæc actio generationis, utpote opus naturæ, etiam ante lapſum in ſtatu perfectionis contigiſſet, ſicut *B. Lutherus in Geneſ. I. v. 26. p. 319. Si Adam non eſſet lapſus*

per

per peccatum &c. in textu latino, juxta verſionem germanicam ait: Adam ſolte ohne Eſſen, Trincken und Kinder-Zeugen nicht leben: Dieſe Dinge aber würden aufgehöret haben zu beſtimter Zeit, nach Erfüllung der Zahl der Heiligen, und würde Adam mit ſeinen Nachkommen in ein ewig und geiſtliches Leben aufgenommen ſeyn: Dieſe Wercke aber des leiblichen Lebens, als Eſſen, Trincken, Kinder-Zeugen ꝛc. würden geweſen ſeyn ein Dienſt, ſo GOtt angenehm geweſen wäre: idem repetit *in v. 7. p. 334. in v. 9. p. 338.* quoniam itaque Generatio actio naturalis eſt, eapropter naturam, utpote opificem & architectam in hoc opere inquirere convenit: quare nec temeritas proterva, ne curioſitas ſciola eſt, ſi principalem cauſam in Generationis negotio ſcrutamur: demonſtratio enim ab ovo aut primis originibus tanto magis ſolida, firma & perfecta exiſtat, reliqua vero, in qua præcipuus deficit reſpectus, lacera utplurimum atque manca eſt: quare *Hippocrates* elocutus *de Loc. in hom. ſ. 4. text. 1. Natura corporis, principium ſermonis in arte medica eſt:* hæc enim natura haud eſſentia aut fabrica corporis exiſtit, uti hoc loco Senex explicat, ſed nos per illam intelligimus cauſam eandem a qua proxime in ordine naturali corpus ſuam fabricam, augmentationem, conſervationem & tutelam impetrat: & dum de machina corporis multa ſollicita cura & occupatione paſſim actum fuit, ita dignitas ac neceſſitas argumenti requirit, ut illud ſubjectum, cujus gratia corpus creatum & propagatum eſt, ſine quo idem corpus in naturali uſu ac ſyſtemate nullius utilitatis eſſet, quoad diverſas ſuas relationes ad idem corpus inquiratur & explicetur, ne illius œconomi ac directoris obliviſcamur, qui juxta divinam ordinationem arcte cum

corpore utpote habitaculo ſuo cohæret: Et uti in ampliſſimo Macrocoſmo aut univerſitate rerum mens attenta cauſam ſingula opera adminiſtrantem ſcrutatur, ita in Microcoſmo eadem cauſa, quam vulgo antiquiores & recentiores naturam vocant, judicioſam ſcrutationem meretur, a qua univerſitas rerum creatarum, ad hunc ſpectabilem mundum pertinentium, Natura etiam rei, ſive Natura univerſi aliquando nominatur: neque enim nos convincunt argumenta, neque deterrent exclamationes *Boylei*, qui in *Lib. de Natura Sect. I.* aſſerit *p. 6.* quod *notio Naturæ gloriæ divinæ* & *ejus operum divulgationi noxia* evadat, quid quod hujus cauſæ provocatio & allegatio nos impellit, quo ulteriori cura illius verum, ſincerum & perſpicuum ſignificatum ſcrutemur: quamobrem præſenti Inaugurali Specimine de NATURA GENERATRICE brevi diſquiſitione & commendatione agere in animum induximus: Faxit divina Clementia, ut hoc labore noſtro ejus gloriam promoveamus, celebremque Generationis Proceſſum quoad præſentem reſpectum illuſtremus.

§. I.

DUm *Naturam Generatricem* indagare & confirmare contendimus, mox adducimus *Ledelii* teſtimonium & effatum in *A. N. C. Dec. 2. an. 9. obſ. 4. p. 6.* quo eloquitur: *eſſe curioſum & tamen de domicilio curioſitatis ejusque præprimis inhabitatore & directore non eſſe ſollicitum & curioſum, videtur mihi imperfecta, fugitiva & fragilis curioſitas - -*

&

& porro: *pulcherrimum humani ædificium quid eſſet ſine anima, niſi pictura aut ſtatua formoſa, immobilis & inanis:* eapropter præſenti titulo in illam *cauſam* inquiremus, eandem ſignificabimus & demonſtrabimus, a qua *proxime* in *ordinario* & *naturali* generationis proceſſu humani *corporis* ſtructura provenit, quæ propterea *eſſentia, potentia* & *ordine* atque *tempore* prior ac dignior eſt, quam ipſum corpus, a qua cauſa hoc corpus formatur & a primis *initiis* ac rudimentis usq; ad *complementum* actus generationis perducitur: quando itaq; *Naturam generatricem* nominamus, tunc omnes *cauſas* ac *proprie materiales* qualitates excludimus, inſuperque diſcretam ac peculiarem cauſam agnoſcimus, ad quam *omnes materiæ*, quæ ad corporis formationem pertinent, *nude paſſiva* qualitate referuntur, ita ut hæc cauſa generationis ſit *principium* ipſius operationis aut actionis, qua hoc arduum negotium *inchoatur* & *perficitur:* ob id *obſcuros* conceptus removemus, nec admittimus, quod *qualitas* generans vel in *ſanguine*, vel in *ſemine*, vel in *utero* occulte & myſtice latens, hæc cauſa principalis formans & informans exiſtat, nec ſeminalis *aura* aut ſpiritus *materialis*, nec *vis plaſtica*, nec ſemen *deciduum*, nec *calor* naturalis & innatus, nec *homunculi Paracelſi* & *Cardani*, nec *vermiculi Leuwenhockii* & ſectatorum, nec *ſpiritus genitales*, nec *anima materialis Galeni*, nec *uteri* virtus phyſica & mechanica, nec *ſtamina* & *prima lineamenta* aut *rudimenta*, nec ulla hujus conditionis alia cauſa, ſiquidem longe *dignior* ac præſtantior actus generationis eſt, ac ſub directorio *qualitatum* & ſic dictarum virium *materiæ* ſubſiſtere debeat, in quo caſu ac ſtatu nihilominus ad *divinam* poteſtatem & ordinationem confu-

B gere

gere neceſſitas requirit, ut, quia *nudæ* potentiæ & qualitates *materialium* cauſarum hoc *celebre* officium generationis adminiſtrare nequeunt, ideo virtus cœleſtis aut *divina* poteſtas per illas *materiales* cauſas, aut cum iisdem operari & hunc proceſſum perficere debeat: in qua poſteriori conſideratione *rationi* ſobriæ magis conforme *alterum* hoc eſt judicium, quod per *divinam* ordinationem & potentiam actum generationis, adeo arduum & celebrem, quo ex congerie deformis materiæ corpus, *exquiſita* proportione ac fabrica præditum, conſtrui debet, non ulla facultas *materiæ*, ſed cauſa *alia* dignior *eſſentia*, capacior *directione* & præſtantior *viribus* ac motuum *modificatione* adminiſtret & exequatur: etenim in negotio generationis *materia*, e qua corpus formari debet in prædicamento *paſſionis* conſiſtit, ni *obſcura* ſuppoſitione adſtrui debeat, quod in *ſemine* vis *prolifica occulto* modo latitet, quæ vero *perſpicue* nominari, demonſtrari & confirmari *haud* poteſt: ita in hac conſideratione multam ſæpe occupationem & ſollicitam curam adhibuerunt eruditi, quo cauſam activam, *efficientem* aut agentem ſolido fundamento ſcrutentur ac condigne interpretentur: hinc in toto proceſſu *Generationis triplex* diſquiſitio notatu & indagatu digna eſt, *prima* quæ verſatur circa *principium actionis*, ſive *Naturam generatricem*, *altera* complectitur ipſum *actum Generationis* cum ſuis circumſtantiis & requiſitis, *tertia* comprehendit *corpus*, quod formatur & generatur: hoc poſterius ſicut *ſui ipſius* cauſa formans & informans eſſe nequit, ita *ſuperiorem* & digniorem requirit, cui in ordine naturali *proximam* ſuam debet originem: aſt dum modo præſenti themate hanc naturam humanam

nomi-

nominare & demonſtrare placet, haud in *ampliorem*, licet *connexum* nos immiſcemus diſcurſum, neque de *origine* illius diſſerere conſtituimus, quippe quæ tractatio peculiarem aliam diſquiſitionem meretur; interim præliminari annotatione lectu dignam *diſp. Jacobi Thomaſii de origine animæ humanæ* & ad illius normam editum tractatum *Vacke* von Urſprung menſchlicher Seele commendamus.

§. II.

Appellavimus itaque hanc cauſam Generationis *efficientem*, notatione quadam ſatis cognita, non modo *nominali*, ſed ſimul *reali*, adeoque ita genuina atque congrua, ut nulla *alia* ſignificatum & officium hujus cauſæ melius exprimat: quo referimus verba *Commentatorum Conimbricenſium in Lib. II. Phyſic. Ariſtot. cap. 1. qu. 1. p. 258. lit. B. C. accipitur natura pro viventium generatione, quæ nativitas vocatur: atque hæc eſt prima & germana, tam apud Latinos, quam apud Græcos hujus vocis ſignificatio: Dicitur enim Latinis natura, quaſi a naſcendo: Græcis vero* Φύσις ἀπὸ τοῦ Φυεῖν, *quod eſt naſci: at enim, quia generatio ab interno principio oritur, derivatum eſt naturæ nomen, ad ſignificandum, internum cujusque rei principium, unde primo una quæque res habet, ut moveatur:* exinde patet quod *natura* & nativitas ſive *generatio* ſint *correlata* & connexa, utpote *agens* & *actus*, cauſa & effectus; imo quod ſubjectum quoddam, utpote veram naturam ſe exhibeat, ſi corpus, cui dein inhæret, quod inhabitat, & quo utitur, *generat*, ſtruit, format: ita etiam *Cicero in Lib. II. de Nat. Deor.* & *Tuſcul. quæſt. lib. 1.* nec non *de Finib. Lib. V. Naturam hominum parentem, Naturam omnium parentem, Naturam communem parentem* nominat,

minat, adeoque obſcuriori licet ſignificatu *Generationis* Præſidem agnoſcit *Naturam*, uti *Lactantius* de *Platone* refert annotante *Langio Lib. 2. Ep. 2. p. 547.* quod cum *Thalete Mileſio Naturæ gratias egerit, ſe hominem natum eſſe & non beluam: maſculum, non fœminam, græcum non barbarum*, quod effatum *B. Lutherus in Geneſ. IV. v. 4. p. 420. b.* nominat ein Narren-Werck, qui licet non diſtincte illud principium nominaverint, tamen *Naturæ* nomine hunc *genitorem* indicarunt: ſimili modo exclamat *Sinibaldus Geneanthrop. Lib. 6. tr. 2. c. 1. p. 611. ſterilitatis vitio NATURA PARENS ſuo fine defraudatur! quid enim ardentius illa deſiderat, quam generationem? quo ferventius, quam in rerum productionem intendit? quid magis perenni ſtudio molitur, quam ſemina ſua ubique jacta proferre germina:* nominat itaque cauſam illam in univerſitate rerum ſubjecta ſua proferentem *Naturam:* ut porro eloquitur: *provida Natura nullo unquam tempore, imo vel minimo momento vacat a conceptione - - non enim imaginari poſſumus breviſſimum inſtans, quo natura ab operibus otietur generationis: ſemper ac indeficienter gravida eſt, ſemper & ubique puerpera! dum parturit, nova concepit; dum concipit, parat alteram ſobolem:* ex quibus facile liquet, quanto cultu phyſici Naturam in opere *generationis* venerentur: Interim *immediate* Deus ipſe non generat & fabricat corpora, nec *per ſe* & *ſua* ſola virtute *Natura* tanquam *intermedia* cauſa *arduum* hoc opus generationis exſequitur: *ſola* virtute *divina* natura illa hoc officium ſuſcipit & perficit, ſine illa nihil operari poteſt: quare ante omnia alia hanc *divinam* virtutem in negotio generationis veneramur & cum Pſalmiſta juxta *139. Pſalm. v. 14.* excla-

mamus:

mamus: *confitebor Tibi quia mirabilibus* (videlicet modis) *mirabilis factus ſum a Te*, juxta fontem, daß ich entſetzlich wunderbahrlich gemacht bin; huc aliquo modo referri poteſt effatum *Pſalmi 119. v. 73. Manus tuæ fecerunt me, & præpararunt me*, licet aliqui hunc textum non tam ad primam & naturalem, quam ſecundam ſive novam creationem aut regenerationem applicent: *conf. Eſaias XLIV. 25. ſic dixit Jehova Redemptor tuus & formator tuus ab utero: Jerem. I. v. 5. priusquam formarem te in utero, noveram te*, concil. *Actor. XVII. v. 25. 26. B. Lutherus in Geneſ. II. 25. p. 355.* dicit: Der aus Erden einen Menſchen gemacht hat, der ſchaffet noch alle Tage Menſchen aus den Geblüt der Eltern; allegamus hoc loco nonnulla teſtimonia probatiſſimorum Theologorum: Heinr. Müller in himmliſchen Liebes-Kuß *P. I. c. 2.* dicit: In der Bereitung des Menſchen thut zwar die Natur ihr Werck, aber die Liebe des Schöpffers thut das meiſte: Lütkemann in Vorſchmack göttl. Güte ait: *Part. 2. cap. 2.* Man ſagt die Natur bearbeite den Leib in Mutterleib: iſt nicht übel geredt: Dann da lieget in Mutter-Leib kein lebloſer Klumpen, wenn ein Kind gezeuget wird, ſondern es iſt dabey ein lebendiges Weſen, eine lebendige Seele, von welcher die Frucht in Mutter-Leib ihr Bewegniß, Zunehmen und Wachsthum empfähet, will ich aber nach der Sprach des Heil. Geiſtes davon reden, ſo muß ich mit Hiob ſagen, HErr deine Hände haben mich bearbeitet und gemacht alles, was ich um und um bin, addimus *Dannhauerum* in der Catechismus-Milch *Part. IV. Conc. XII. p. 353.* GOtt der HErr iſt derjenige, der noch heut zu Tage die Mittel, Krafft und Segen zur natürlichen Fortpflantzung beſchehre, und nach ſeinen freyen Willen den Segen zurück halte, von ihm habe die Seele und das Leben des Menſchen ihren Urſprung: *conf. Ejusd. Pſycho. diſp. 6. p. 183. B. Spenerus* loquitur in Buß-Pred. *II.* Theil *p. 231.* Kinder-Zeugen iſt kein bloſſes Werck der Natur, ſondern eine Krafft GOttes: in Catechism. Pred. *Conc. 23. p. 162. 163.* docet: GOtt hat denen Geſchöpffen die Krafft eingepflantzet und anerſchaffen: daß ſie ſich ietzo fortpflantzen und vermehren, alſo daß die Gewächſe jährlich wachſen, Menſchen und Vieh ſich vermehren, und ihres Gleichen zeugen, welche Krafft ihnen von GOtt in der erſten Schöpffung anerſchaffen iſt Geneſ. 1. Dahero wir mit Recht ſagen, daß alles was ietzo wächſt und gezeuget wird, und alſo auch wir alle, die wir von unſern Eltern gebohren ſind, ſeyn von GOtt

erſchaffen, weil wir nicht allein von denjenigen erſten die ohnmittelbahr erſchaffen worden, herkommen, ſondern auch, weil eben die Krafft dadurch wir gezeuget werden, GOttes Schöpffers Krafft iſt, deren Segen er in die Geſchöpffe, da er ſie erſt geſchaffen, geleget: *conf. Ejus* Glaubens-Lehre *Domin. XV. Trinit. p. 1131. 1132. Concion. Funebr. Pars XI. conc. 9. p. 280 - 282. 290.* Sic *B. Lutherus in Geneſ. I. & II.* generationem hominis naturalem omnipotenti verbo Dei tribuit; ſive ut *Henric. Alſted in Phyſica Moſaica cap. 2.* diſſerit: *Natura eſt ipſa* Θεȣ̃ Φωνή. *conf. Camerarius Syllog. memorab. Cent. 3. partic. 4.* idem *Lutherus in Geneſ. II. 18. p. 35. edit. Lat.* ait: *alioquin generationem admiraremur, tanquam ſummum opus Dei, & tanquam maximum donum ornaremus meritis laudibus:* conf. alius locus *in verſione germanica* ubi *in v. 21. p. 354. b. & p. 355. a.* loquitur: Die generation des Menſchen hat eine höhere Urſach als die Wärme, nehmlich GOttes Wort ſq. & porro: Daß nun aus einen Bluts-Tropffen ein Menſch, und nicht eine Kuh oder Eſel gebohren wird, daß geſchicht aus Krafft des Wortes, das GOtt geſprochen hat. *Cap. IV. v. 1. p. 412. a.* Das Werck des Kinder-Zeugens iſt eine Creatur GOttes, gut und heilig, denn es kommt aus GOttes Seegen, und wann der Menſch nicht gefallen wäre, ſo wäre es das allerreineſte und heiligſte Werck geweſen. conf. XXI. v. 1 -- 3. p. 11. 267. allegamus adhuc Ejusd. verba p. 268. b. Die Medici ſehen weder auf das Wort, noch auf die Herrlichkeit, welche das wunderliche Werck der Gebuhrt der Menſchen an ſich hat. Darum da ſie ſchon die rechte Urſachen nicht wiſſen, müſſen ſie doch das Werck an ihme ſelbſt loben und ſich darüber verwundern = = Sie ſehen nur lauter an das Werck der Geburth, wie an ihm ſelbſt iſt: ſie betrachten wie die Glieder darzu ſo fein ordentlich geſetzet und wie ſie geſchickt ſeyn, item was eines jeden Amt dazu ſey ꝛc. und thun ſolches als die ſolche geiſtliche Weißheit, welche das Wort anzeiget nicht haben: Wir aber ſehen über ihre Weißheit auch auf den Willen und Wort GOttes ꝛc.

§. III.

Exinde inferimus & aſſerimus, quod DEus alicui ſubſtantiæ ſ. *principio* vires aut facultates *neceſſarias* largitus ſit, easque per omnia momenta *conſervet*, quibus illud in *ordine præſentis* mundi & animalis vitæ corpus

ſibi

ſibi ſtruere *poteſt* & *debet*, quod principium nominamus Naturam, & hanc *nec Deum*, nec ipſum *corpus* eſſe indicamus, ſed utpote diſcretam, tamen *talibus* qualitatibus præditam cauſam judicamus, qua corpus tam elegantis, *exactæ*, proportionatæ ſtructuræ formare poteſt, ſiquidem *corpus ſuis* qualitatibus, quales ipſi a DEo in *ordine naturali* conceſſæ ſunt, ſemet ipſum tam formoſe ſtruere haud poteſt, neque tamen conſtat aut demonſtrari poteſt, quod DEus vim *multiplicativam* omnipotenti ſuo verbo, creſcite & multiplicamini, *corporibus* ſubjectorum vivorum largitus ſit, quemadmodum *principium* vitæ, qualecunque illud in *diverſis vivis* creaturis fuerit, *dignius* eſt ſuo *actu* i. e. ipſa vita, ſuoque ſubjecto *inhæſionis* i. e. *corpore*; hoc corpus etiam non modo e *primis rudimentis* & fundamentis *formari* & *vivum* reddi debet, actus proinde *generationis* non modo tota ſua formalitate *præſtantior* eſt, quam omnes *aliæ* & *ſingulæ* qualitates, *corpori propriæ*, ſed & *initium vitæ* animali ſubminiſtrat, ac dehinc arcte *cum vita*, connexus eſt, adeo ut *juſta* interpretatione *vita* & *augmentum* corporis *continuata* formatio ejus appellari queat, hinc vi hujus naturalis nexus & ſobriæ demonſtrationis concludimus, quod DEus privilegium *generationis* non corpori, ſed *digniori* cauſæ, quam nos *Naturam* appellamus, ſuppeditarit: ita concludit *Hollazius in Examin. Theol. Part. I. p. 608. omnis anima vi benedictionis divinæ Geneſ. I. 18. IX. 1. eſt ſui multiplicativa, ergo & anima humana.* Eam ob cauſam ſemper *phyſici* & *medici* ſolliciti fuerunt, ut expiſcentur, quidnam ſemini inexiſtat, unde tam *ſonticus* proceſſus generationis proveniat, ſiquidem *mate-*

riam

riam ſeminis talem *arduam* operationem adminiſtrare, partim *dubitarunt* , partim omnimode *negarunt*: ob id occultam illam virtutem explorarunt, quæ ad actum illum concurrat, eidemque ſatisfaciat: quoniam porro actum illum generationis cum *corpore* & corporeis *affectionibus* confundere noluerunt, hinc *ſpirituale* quid illud eſſe, quod proceſſum generationis exequeretur, quidam aſſeruerunt; & quoniam antiquiores de *forma* rerum *ſublimiores* cogitationes habuerunt, eandemque cauſis *occultis ſpiritualibus* ſubſtituerunt, hinc eandem *formam* pro virtute ſeminis *generatrice* agnoverunt: alii porro in notione *Animæ* magis *perſpicuum* ſenſum inquirentes & obſervantes, *ſemen animatum* eſſe crediderunt, hinc veteres Semen appellarunt ἀπόσπασμα σώματος καὶ ψυχῆς referente *Sperlingio de formatione hominis in utero cap. 2. p. 30.* inde illa diſquiſitio innotuit & inclaruit, *an ſemen ſit animatum*, aut *an anima actu ſit in ſemine*, id quod affirmant *Sperlingius l. c. qu. 1. p. 32. ſeq.* (qui ad *Platonis, Galeni* & *Ariſtotelis* conſenſum provocat) *Sennertus in Hypomnemate Phyſico IV. cap. 6.* (cujus dogma inique *Muſitanus de Morb. Mul. qu. 1. art. 4. p. 914.* impium nominat, & loco animæ rationalis, animam ſane ſpuriam, *impetum facientem*, *vita ſenſitiva* præditam ſubſtituit) (ubi longum catalogum conſentientium authorum profert) *Zacchias Qu. med. leg. Lib. 9. tit. 1. qu. 1. 2. Winclerus in animadverſ. in Nymanni tract. de vita fœt. in utero c. 8. p. 70. ſq.* aliique: quamvis *Sinibaldus Geneanthr. Lib. V. tr. 1. c. 5. p. 593.* contrariam tueatur ſententiam, plurimi tamen priorum ſententiæ accedunt: hinc ſeorſim *Zacchias l. c. qu. 1. n. 13.* eloquitur: *eludendæ ergo omnino eorum*

opinio-

opiniones ſunt, qui corpora viventia a cœlo, a ſtellis, ab anima Mundi, a calore, a ſole, ab utero, a progenitorum formatrice, alia ab hujusmodi aliqua cauſa efformari, ac diſponi ſibi perſuadent, cum omnes prædictæ cauſæ, ac ſi quæ præter animam de novo excogitari poſſint, extrinſecæ ſint, neque aptæ ad operationes vitæ in alieno corpore edendas. Exinde liquet, quod ab *antiquioribus* temporibus pro cauſa generante *ſpiritualem* agnoverant, quo adhuc referimus, quod *Plato Lib. X. de Republ.* de definitione animæ a *Thalete Mileſio* prolata, ita judicet: *Poteſtas ſe ipſum movendi, naturam ejus ſubſtantiæ abſolvit, quam ANIMAM vocamus; HÆC AMIMA EST ORIGO GENERATIONIS, motusque eorum, quæ ſunt, fuerunt & erunt:* de hac definitione *Stanlejus* in vita *Thaletis cap. 6. Sect. 4. p. 12.* dicit: *hanc opinionem a Thalete primum excitatam, aliquandiu in ſcholis Pythagoræ, Anaxagoræ, Socratis & Platonis conſenſus ſuſtinuit, donec ab Ariſtotele effurcillaretur:* Proinde de *Galeno* legimus, quod *animam* talem *generatricem* (*conf. Celeb. Stahlii opuscul. Phyſico-Chymico-Medica p. 58.*) agnoverit, utpote quoad titulum cauſam ſatis *ſpecioſam*, reliqua explicatione vero pro actu tali *arduo* adminiſtrando *indignam*, quippe *materialem* illam eſſe, non obſcure indicavit, qualem vero eſſe multi *eapropter* dubitarunt, quod *ſemen*, utpote *materia*, ad proceſſum *generationis* perficiendum *ineptum* ſit, hinc alii *ſemen animatum* agnoverunt, cujus hac vice mentionem facere placuit.

§. IV.

Aſt quid *utilitatis* hæc meditatio & diſquiſitio in foro *Medico* afferat, merito interrogatur ac inquiritur, ſi-

C qui-

quidem ſatis *ſpecioſe* videtur, quod medicus cum ipſo *Proceſſu Generationis*, tanto magis cum hujus operationis *cauſa* i. e. *natura generante nihil* commercii habeat; unde *Ammannus in Irenico p.34.* quæſtionem, *an conceptio medicamentis juvari vel impediri poſſit*, ventilat, & ex parte pro more ſolito, per Ironiam, Sarcaſmum, & *Micteriſmum* decidit, eaque propter inter alia p. 46. concludit: *ergo ex præmiſſis ad ravim usque probatum, conceptionem nec juvari nec impediri poſſe, niſi velis diſtinguere inter adjutorium medicum, (non Medici perſonam) & inter adjutorium ſubſtitutum, hoc modo elumbi juveni poteſt ſuppetias ferre, & revera conceptio promovebitur, verum in Dacalogo extat: non mœchaberis:* quamobrem facile quisquam exclamare poſſet, *quid Generatio ad Medicum:* aut enim myſterium eſt, aut quicquid de illius negotio in ullam notitiam venit, magis ad *phyſicum* forum ſpectat: ubi tamen mirari ſubit, cur modo *Medicina rigoroſe*, *moroſe* & arcte cum *Phyſica* connectatur, inſuperque aſſeratur, quod Medicina ſit phyſica *ſpecialiſſima*, ſive phyſica de *homine*, modo vero in *aliis* caſibus & cauſis, quales *haud rhombum* veniunt, aut arrident, ſeparetur: eam ob rationem in præſenti explicatione ſcrutari placet, quid *utilitatis* hæc indagatio de *principio*, corpus *humanum formante*, conciliet in ſtadio & ſtudio *Medico*: ante omnia itaque provocamus ad *genuinum* Medici officium, quo *naturæ miniſterium* ferre, præbere & adminiſtrare debet, hinc vocatur *Naturæ Miniſter*; quod ſi itaque Medicus *nullam* certam ac ſolidam notitiam de natura habuerit, ſed pro lubitu ſibi *idolum* ſub hoc titulo fingat, in primo *demonſtrationum* ſuarum principio *incertus*, dubius, *fallax*.

lax & diſſentiens erit, unde poſtea *tota* Medicina *erro-nea*, incerta & fallax declarari poteſt; quare præſens disquiſitio doctrinam de *Natura humana*, Medico ſcitu *abſolute* neceſſariam & valde *utilem* illuſtrat & *confirmat*: & quia hominis Natura a primo ejus *ortu* quoad ſpeciem & *eſſentiam* una eademque eſt, ita Medicus eandem naturam in *initiante* commercio cum rebus *corporeis* & *fundamentis* corporis, ſive *primis* hujus lineis cognoſcere diſcit, inſuperque obſervat, quibus *qualitatibus* illa inſtructa ſit, ut domicilium ſuum formet, inde porro judicat, an *fabrica* corporis *ſine* ullo uſu *rationis*, ingenii, phantaſiæ & judicii exſtrui queat; & in ulteriori reſpectuum, vitam animalem concernentium, dijudicatione ſubſumit, an *alia* forte cauſa, corpus *formet*, *alia* viciſſim illud *conſervet*, tueatur & priſtinæ integritati *reſtituat*, an *triplicis* hujus actus *generationis*, *conſervationis* & *ſanationis una eademque* cauſa ſive *rationalis*, ſive *irrationalis*, ſive mentalibus & *moralibus* qualitatibus, ſive *materialibus tantum* attributis prædita, exiſtat: Quemadmodum porro *Medicus* alias *reliquum* Proceſſum Generationis explicat & decidit, de *perfectione* & *imperfectione* corporis, de partu *naturali*, de *requiſitis*, ad formationem neceſſariis, de *officina* generationis &c. judicat & in *arduis* caſibus, *has* circumſtantias concernentibus, cognoſcere ac *deciſionem* ſuam exhibere debet, ita ipſi etiam intereſt, ut *primariam* cauſam *principaliſſimarum* harum circumſtantiarum ipſe etiam intelligat, ejusdem *vires* ſcrutetur, inſuperque exquiſite dijudicet, *qualis* cauſa v. g. *organa ſenſoria*, *cor* &c. formare queat debeatque, *qualis* cauſa *tali* corpore rite & *congrue uti*

C 2 queat,

queat, debeatque, an hæc ex *neceſſitate* fieri debeant, quænam illa ſit neceſſitas, an in hac indagatione *phyſico-Medica* ſufficiat & ſatisfaciat nude ad *voluntatem Dei* provocare & *intermedias* cauſas plane neglectui & oblivioni dare, an corpus *ſe ipſum*, aut qualitates *materiæ* illud formare queant, an citra *ſuppoſitionem* alia occulta cauſa tam *ſonticum* actum perficere queat, an *rationale*, an *irrationale* principium hoc negotium Generationis exequi poſſit, an *ullo* fundamento & *rationali* argumento demonſtrari poſſit, *DEum voluiſſe* (nam quæſtio de *potuiſſe*, ne quidem ſub diſquiſitionem venire debet) ut, dum hara anſerum, aut ſuillum & canarium ſtabulum, ſine rationali directione confici poteſt, corpus humanum, utpote domicilium animæ, ſine ulla *rationali* modificatione & directione exſtrui queat & debeat? Præterea ex hac diſquiſitione fluit ulterior *illuſtratio* & *confirmatio*, ad quam cauſam *proximam* vitæ naturalis *therapiæ naturalis* & *ſpontaneæ* prudens Medicus judicioſe & attente advertere, *cui cauſæ* in variis arduis & *intricatis* caſibus ſuccurrere, an tantum reſpectus craſſe *materiales* proſequi debeat, an aſſertum, quod *anima rationalis* non niſi œconomiam *vitæ* lædere, offendere & *turbare* queat, ex tripode dictum & *infallibilis* veritatis ſit, an corpus a prima *origine* usque ad *finem* vitæ ſit nudum *automatum*, an anima *rationalis* ſit ſub jugo & *dominio corporis*, an *hoc ſub illius* uſu, applicatione & *directione* conſiſtat: præter haſce utilitates porro hæc conſideratio fundamentum ac *veram* cauſam ſignificat qualitatum intricatarum diſpoſitionis *hæreditariæ*, connatæ *ſenſibilitatis*, vitioſorum *motuum* per *imaginationis* vim communicato-

rum

rum, alterationum corporis & *morboſarum* afflictionum ex hac generatione emergentium, *peculiarium* ac *perverſarum* qualitatum in *nævis maternis* occurrentium, punctum *differentiæ* vitioſorum *motuum* & *conformationis* corporis &c. quorum momentorum & *intricatarum* circumſtantiarum *vera* cognitio, ex *præſenti* diſquiſitione veniens, in variis *ſonticis* caſibus *ſalutares cautelas* & *prudentes* atque efficaces *indicationes*, inventiones & *methodos* practicas ſubminiſtrat, quæ *ex aliis* opinionibus *vix facile*, nedum *ſimili* exoptato modo erui poſſunt: ex qua animadverſione facile eluceſcet, quid *utilitatis* in foro *Medico* hæc indagatio Naturæ Generatricis conferat & conciliet.

§. V.

Ne vero in nuda notatione *nominali* acquieſcamus, & tantum *Naturam*, utpote cauſam Generationis nominemus, ante omnia neceſſe eſſe ducimus, ut indicemus, *quænam* illa ſit Natura, & quale ſubjectum hoc nomine dignum exiſtat: paſſim alibi dictum & demonſtratum fuit, quod *Rationalis* hominis *Anima* corpus ſuum, quod inhabitat, *vitali* proceſſu inſtruat, aut *conſervet*, imo e multis vitæ *periculis* ducat, ſanet, reſtituat: hoc præter alibi allegata ſuffragia teſtantur *Lutherus in Geneſ. IX. 4. p. n. 538. b.* Baſar heiſſet Fleiſch, welches ein Stück iſt eines groben Elementes und dennoch ſein Leben und Puls hat, nicht vom Leibe, ſondern von der Seele: dann Fleiſch oder der Leib an ſich ſelbſt ohne die Seele iſt nichts anders denn ein Klotz oder Stein, wenn es aber von der Seele lebendig oder gereget wird, ſo wird beweget die Feuchtigkeit, und alles was im Thier iſt: & in der Kirchen-Poſtill *Feſto Trinit. Conc. I. in Evangel. p. n. 714. b.* Die Seele iſt alſo tief verſencket in das Fleiſch, daß ſie es will behüten und beſchützen, daß es nicht Schaden leide. ; ; Das ſehen wir im Sterben, daß ſich das Fleiſch nicht gerne

 der

der Haut berauben läſſet, weil die Seele noch da iſt: *Dannhauer in Hodoſ. Phænom. VIII. p. 658. 659. Anima corpori non ſolum aſſiſtit, eique ut inſtrumento motum largitur, ſed inſuper informat, immeat, corpus ſuis vitalibus proprietatibus ornat. Lutherus Tom. VI. Wittenb. p. 13. Dannh. l. c. Phæn. V. p. 421.* Die Seele machet den Leib lebendig, und wird offt in der Schrifft vor das Leben genommen, dann der Geiſt mag wohl ohne den Leib leben, aber der Leib lebet nicht ohne den Geiſt. *Glaſſius in Philol. ſacra Lib. V. tr. 1. c. 7. p. 1559.* dicit: *Gen. II. 7. Et ſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ: ſignificatur, Deum corpori hominis formati, animam vitalem, imaginem Dei præditam, indidiſſe. Plato in Cratulo* ait: *Anima cum in corpore eſt, cauſa ipſi eſt, ut vivat. Critici Sacri in h. l. Vol. I. p. 43.* ita commentantur: *ex eo, quod dicitur, & factus eſt in animam viventem non ſequi* נפש חיה *i. e. animam viventem idem eſſe, quod* נשמת חיים *i. e. ſpiraculum vitæ, ſed ſcriptura eo velle indicare, animam illam ſenſitivam & motivam, quam homo cum beſtiis communem habet, ſimul cum anima immortali, quæ niſchmath chajim vocatur, inditam fuiſſe* - - *Cornelius a Lapide in h. l. p. 65.* & *Tirinus in Comment. in S. S. in hunc locum* loquitur: *Spiraculum vitæ vocatur, ipſa anima rationalis, quæ in homine ſimul eſt vegetativa & ſenſitiva* - - Porro. *Pro vitæ hebraice eſt* חיים *chajim i. e. vitarum, quia rationalis anima homini tribuit triplicem vitam, plantarum, brutinam & angelorum:* nos duplicem vitam agnoſcimus cœleſtem aut ſpiritualem, & animalem aut naturalem. *Polus Synopſi Criticorum in h. l. p. 18.* edit. in fol. ita commentatur: *Vitæ* - חיים] *vitarum: vel quia ſingulari caret vox, vel quia rationalis anima eſt etiam ſenſitiva & vegetativa, vel*

quia

quia unius animæ plures ſunt facultates & operationes; *vel ad ſignificandam duplicem vitam. Eraſmus Schmidius in Verſione N. T. in Jac. 2. v. 26.* commentatur in verba χωρὶς πνεύματος) *absque reſpiratione, quæ ab anima vitam corpori communicante, procedit.* Juxta ſententiam *Paezii, Lorini, Juſtiniani, Eſtii, Piſcatoris, Facii, Druſii* πνεῦμα in dictum Jacobi *animam ſive ſpiritum* ſignificat, ut ait *Brochmannus in h. l.* (ſi itaque ſpiritus eſt, non eſt anima materialis, non mechaniſmus &c.) addit hic author: *ut planius eloquar, ſubſtantia eſt, quæ corpus vivificat* (active, effective, non per abſtractam, aut occultam nihilque ſignificantem unionem animæ cum corpore, quam barbara ingenia ſono quidem, aſt ſine ſale declamant.) *quemadmodum corpus anima caſſum, putre cadaver eſt* (quod tale eſſe nec poſſet, nec deberet, ſi ex neceſſitate mechanica moveretur, quoniam in hoc paſſu accuſata unio animæ cum corpore, quam ipſi mechanici, præter nudam vocem & caſſam nucem explicare nequeunt, aſylum ignorantiæ manifeſtum conſtituit) *huic ſententiæ accedit Brochmannus, tum quia* πνεῦμα *in Literis ſacris ſubſtantiam eſſe utpl. ſignificat, quæ vitam corpori tribuit &c. Scrivers* **Neue Creatur** *Domin. V. Trinit. p. 675.* Die Seele iſt zwar ein Geiſt und hat nichts von Leib an ſich; doch belebet und beſeelt ſie den Leib. *Tract.* von glückſeligen Zuſtand der Außerwehlten im ewigen Leben aus dem Engliſchen überſetzt, durch *Amadeum* Creutzberg *Cap. IV. p. 75.* Es iſt gewiß, daß wer eine Seele habe, welche unſern Leib belebt, und ihme die Bewegung ertheilet, obſchon niemand ſagen kan, auf was Weiſe ſie mit ihm vereiniget iſt, durch was vor Bande ſie an ihm hänget, und wie ſie ihm das Leben und die Bewegung giebet: Die Kinder werden in dem Schooß ihrer Mütter gebildet, und die Vögel in den Eyern, welches eine ſolche Wahrheit iſt, daran niemand zweifelt, wer kan uns aber ſagen, wie dieſes alles geſchehe. *Garman-*

nus:

nus de mirac. mort. Lib. 2. tit. 7. ſ. 125. præſentia animæ, animat. ſ. *vitam conciliat* (ergo realiter, effective, non per abſtractionem, aut juxta obſcuram verborum aſſertionem, per unionem cum corpore, quæ vox eſt, prætereaque nihil) *abſentia mortem:* hinc *Rejeſius in Camp. Elyſ. juc. qu. 31.* dicit, explicat, illuſtrat & confirmat, quod *anima & vita pro uno eodemque ſubjecto habeantur. Rayus in Gloria Dei in Operibus Creat. Lib. III. c. 17.* adſerit: Der Leib iſt die Machine, die Seele das inwendige, das dieſelbe actuiret, beſeelet und lebendig machet: Simili ſignificatu *Lutherus in Geneſ. XXV. 31-34. p. n. 450. b.* nominat *animam ſubſtantiam corporis. Spenerus* **in Zeugniß der ewigen Gottheit Chriſti** *c. 4. ſ. 59. p. 419.* dicit: Der Leib ſoll nicht ohne die Seele bereitet werden. *Lutheri* verba ſunt **in der Kirchen-Poſtill** *F. Trinit. p. n. 714. b.* Die Seele iſt alſo tief geſencket in das Fleiſch, daß ſie es will behüten und beſchützen, daß es nicht Schaden leide: alſo daß ſie mehr Fleiſch iſt, dann das Fleiſch ſelber: Das ſehen wir im Sterben, da ſich das Fleiſch nicht gerne der Haut berauben läßt, weil die Seele noch da iſt, aber ſo bald ſie abgeſchieden iſt, da läßt ſich der Leib ſchinden, und leidet alles, wie man ihm thut. Et porro *Domin. XIV. Trinit. in explic. Evangel. p. n. 159. b.* Der Leib ohne Seele iſt todt. Sane non propter nudam unionem animæ cum corpore, ad quam obſcura & confuſa ratione nonnulli provocant, unde rectius propter actionem unius in alterum: corpus vero utpote indignius ſubjectum non in animam, ſed hæc rectius in illud operatur, idque eapropter vivificat. *Iſidorus II. Etymol. Anima dum vivificat corpus anima eſt: dum vult anima eſt; dum ſcit, mens; dum recolit, memoria eſt; dum rectum judicat, ratio eſt; dum ſpirat, ſpiritus eſt; dum aliquid ſentit, ſenſus eſt. Ariſtoteles Lib. 7. Metaphyſ. ex ſanitate in anima, fit ſanitas in corpore.* & *lib. 1. Politic. Anima naturaliter dominatur corpori.* addimus

mus aſſertum *Jo. Sariſberienſis Lib. 3. c. 1. Policratici: ſicut ergo corpori vivere eſt vegetari, moveri ab anima & diſpoſitionibus ſui motibus animæ acquieſcere -- corpus qua parte ſui non movetur ab anima, jam in eo teporem mortis incurrit:* & paulo ante: *hominem conſtare ex anima rationali & carne corruptibili, antiqui ſapientes definierunt: caro ſiquidem vivit ab anima, cum aliunde corpori vita eſſe non poſſit: quod ſemper inertiæ ſuæ tempore quieſcit, niſi ſpiritualis naturæ beneficio maveatur. Dannhauerus* **in der Catechiſm. Milch** *l. c. p. 353.* Der Menſch iſt worden eine lebendige Seele, von dem der Leib, der zwar aus der Erden gebildet worden, Leben, Athem, regen *p. 354.* und Bewegen empfangen, und ins natürliche Leben geſetzet worden; ſie iſt als ein Redner, ſo durch den Mund und Zunge Worte ſpreche, bete ꝛc. als ein Wächter mit den Augen über, unter und um ſich ſchaue, mit den Ohren höre, mit der Naſe rieche, mit dem Mund ſchmecke, mit den Händen begreiffe, mit Füſſen gehe und wandere: der als ein Koch in Magen, Leber und Hertz koche ꝛc. p. 347. ait: Sie iſt eine ſelbſt-lebendige Seele, dann ſo bald dieſelbe ihres neu-gemachten Leibes empfunden, hat der Leib ſeine Sinne und Bewegung bekommen: & paulo ante: es giebt die Vernunfft und Erfahrenheit, daß im Menſchen nicht mehr als eine weſentliche Seele wohne, dieweil, ſo offt eine Krafft in ihrer Würckung gehindert wird, die andere nicht fortkommen kan: wer ſeines Gemüthes und Verſtandes viel gebrauchet, dem will die Gedäuung der Speiſe nicht ſo wohl zuſchlagen: und wiederum wer wohl däuet, deſſen Verſtand iſt nicht ſo fertig, als der Nüchternen und Faſtenden, welches nicht geſchehe, wann die däuende und mehrende Seele von der vernünfftigen und verſtändigen Seele abgeſondert, und nicht alles ein Weſen und Natur wäre: hanc animam principium vitæ naturalis eſſe confirmat *Spenerus* **in der Glaubens-Gerechtigkeit** *cap. VII. ſ. 68. p. 1061. ſ. 7. p. 1081.* **Heinr. Müller Erquick-Stunden** 187 **Betracht.** Das unedlere folget dem edlen: Der Leib der Seelen: & 248. **Betr.** Die Seele giebt dir das Leben, ſie erhält dich, ſie ſtärckt dich. *B. Franckius* dicit in Sonn- und Feſt-Tags Predigt. *A. 1727. Feſt. II. Pentecoſt. Conc. 1. p. 968.* Eine todte Hand kan nichts ergreiffen: es muß eine Hand ſeyn, darinn die Seele ihr Leben beweiſet. *Arndt Evang. Poſtill. F. III. Pentec. Conc. 3. p. m. 849.* Die

Seele iſt unſers Leibes Leben: Die Seele beweget alle Glieder ꝛc. animam *intellectricem naturam* eſſe teſtantur *Comment. Conimbric. in Phyſ. Ariſtot. Lib. 2. c. 1. qu. 4. p. 268. 269.* nec deſunt multa fideque digna teſtimonia *naturam*, & quidem *rationalem* morborum *medicatricem* eſſe, de quo aſſerto conferantur *indices Diſſert. Stablianarum* & *Opuſcula Phyſico-chymico-medica p. 57.* addimus *Sperlingii effatum c. 2. qu. 1. p. 33: Ulcus corporis noſtri cum ſanandum, caroque cutis ac cuticula reſtituenda, quis reparat damnum, partesque priſtino reddit vigori? Anima quippe!* huc referimus aſſertum *Zacchiæ Lib. 9. tit. 1. qu. 1. n. 14. 15. recte igitur dictum eſt, animam eſſe principium vitæ & operationum corporis viventis: porro licet hæc definitio tanquam univerſalis etiam animæ rationali conveniat, ſi tamen peculiarius eam definire ambigeret, uno commutato verbo dicere poſſet, animam rationalem eſſe principium vitæ & operationum corporis humani, ſumendo tamen corporis nomen pro toto compoſito, nimirum pro ipſo homine, quia intellectio, quæ eſt omnium operationum in homine nobiliſſima, nullatenus a corpore dependentiam habet. conf. plur. diſp. D. D. Præſidis de Natura vitæ ac ſanitatis formatrice; de Natura Morborum Medicatrice:* Et hiſce præmiſſis mox ſubſumimus & aſſerimus *non aliam* Naturam GENERATRICEM eſſe, quam eandem RATIONALEM ANIMAM, quæ e *primis* rudimentis corpus ſuum *fabricat* & in utero *perficit*, dein porro *conſervat*, *nutrit*, confirmat, iterumque *ſanat*: hoc aſſertum iterum *ſuffragiis* quibusdam roboramus, quorum aliqua modo in præcedentibus allegata fuere: nominamus iterum primo

mo loco *Zacchiam*, qui *l. c. qu. ult. n. 99.* ait: *huc tendit præſentis diſcurſus univerſa ſeries, nempe ut firmiter ac concludentiſſime demonſtremus, fœtum humanum nullo unquam in tempore ab alia anima regi, quam a rationali, eamque in principio commixtionis ſeminum progenitorem & conceptionis* & porro *n. 101. ſeq. Verum nunc peculiariter circa hominem probandum nobis eſt, etiam propriam ipſius animam rationalem dico in ipſo primo conceptionis momento in embryone præſentem eſſe, omnesque ac ſingulas operationes vitæ ab ipſa, non ab anima alia, aut vegetativa, aut ſenſitativa originem habere: Et licet in humano fœtu conſpiciantur operationes animæ vegetativæ & ſenſitivæ, non apparentibus ullis operationibus animæ rationalis, ut rationalis eſt, non emanant tamen ab ulla anima ſeorſim exiſtente, quæ tantummodo vegetativa ſit, aut ſenſitiva, ſed ab ipſa anima intellectiva, quæ ſimul & vegetativam & ſenſitivam facultatem habet, ejus enim facultas eſt vegetare & ſenſum tribuere ab ipſamet anima rationali fluens; quemadmodum vegetativa eſt facultas etiam animæ ſenſitivæ, non alterius animæ, a ſenſitiva ſejunctæ, quia neque in cæteris perfectis animalibus, aut quibuscunque aliis vegetare & ſenſum tribuere a duplici anima originem ducit, ſed vegetativa eſt facultas ſenſitivæ.*

§. VI.

Præmiſſis teſtimoniis jungimus porro ejusdem *Zacchiæ* iterum aſſertum, quando l. c. n. 129. concludit, *quod cum corpus ab anima formetur & in nullo animali & in homine quoque non poſſit dari alia anima quam una & hæc in homine ſit rationalis, non poſſit corpus humanum ab alia anima formari & organizari, quam a rationali:* præ-

terea idem author *n. 134.* aſſerit: *quemadmodum primus homo eodem momento ſuæ creationis recepit animam rationalem, non primo loco vegetativam, ſecundo loco ſenſitivam & ultimo rationalem; eodem quoque pacto quilibet homo in primo ſuæ generationis exordio recipere debet animam rationalem, per quam futurus eſt homo:* ſimilia ſatis plana aſſerta de eadem veritate eodemque argumento, idem author paſſim in antecedentibus & conſequentibus profert, unde illius judicium, ſatis firmum, de natura *generante* eluceſcit: hiſce aſſertis annectimus *Sennerti* effatum l. cit. ubi profitetur: *in ſemine ſtatim tota anima adeſt, quæ tamen prima format inſtrumenta ad nutritionem neceſſaria, vigetque in omni vivente primo nutritio, quæ cum maxime & fere ſola conſpicua ſit in plantis, homo etiam primo plantarum vitam vivere dicitur: hinc progreſſu temporis & ſenſus & motus inſtrumenta formantur in animalibus, quibus perfectis & vitam animalis & hominis vivere tum homo dicitur: neque enim vegetans & ſentiens, aut vegetans, ſentiens & rationale peculiares quædam & generales formæ ſunt & tres eſſentiæ, ſed ſaltem tres generales conceptus, ex comparatione & convenientia viventium orti & conſtituti, qui nullibi ſeparatim exiſtunt &c.* c. 9. p. n. 139. ait: *ſi quæras, quodnam ſit illud internum principium?* (videlicet generationis) *nullum aliud dari poteſt, quam anima: nonnulli equidem* λόγον *quendam* πλαστικὸν *id eſſe dicunt: ſed niſi per* λόγον πλαστικὸν *intelligatur anima ipſa, vi formatrice prædita, opinio hæc locum habere non poteſt:* mox addit: *nihil ergo aliud relinquitur, quod in ſemine conformationis cauſſa eſſe poſſit, quam ipſa anima:* porro: *quod conformat eſt intrin-*

intrinſecum ſemini: quod conformat eſt aliqua anima: nam conformatio eſt animæ propria potentia: contextus vero totius hujus diſcurſus, quem illico format & ventilat author, probat, quod non animam *materialem*, ſed *nobilioris* eſſentiæ, adeoque immaterialem & *rationalem* intelligat: huic animæ, *rationali* videlicet, tribuit *Sperlingius* l. c. facultatem *generandi*, quam p. 37. *incorpoream* adeoque *ſpiritualem* inſuperque *intellectualem* agnoſcit; quo pariter tendunt deciſiones ac reſolutiones *dubiorum*, huic ſententiæ objici ſolitorum: *Themiſtius Lib. 1. de Anima* judicat: *corporis humani cauſam formantem & informantem unicam hominis animam* eſſe: *Scaliger exerc. VI. n. 9.* dicit: *anima ſui domicilium eſt architecta:* addimus *Celeb. Stahlii* verba *Theoriæ Medicæ veræ p. 491: ſicut autem hac ratione ſupervacuæ multiplicationes rerum fictitiarum, præter omnem neceſſitatem fiunt* (loquitur author de principio generante) *ita evertit omnem illarum uſum conſideratio illa, utique jam tum ſæpe a nobis commendata, quod anima ipſa & poſſit has res adminiſtrare; imo cum illa finium atque uſuum ſtructuræ corporis maxime uſurpatrix eſſe debeat, ſecundum omnem ſaniorem conceptum, tanto magis præ ullis aliis agentibus hoc poſſit; ſed etiam per qualemcunque moralem æſtimationem, ipſa ubique veriſimillime debeat hæc agere; cum nempe unice & ſimpliciter ipſius uſibus, finibus, imo adeo neceſſitatibus conſtruenda & efformanda ſint.* Præter hæc teſtimonia producimus asſertum *Beccheri*, qui in *Phyſica Subterranea Lib. 1. Sect. IV. cap. 4. n. 6. 7.* confitetur, quod *anima in generatione corpus perficiat:* addit: *nam hæc perfectio atque præparatio, quæ ab anima procedit, generatio vocanda eſt*, porro dicit:

cit: *hoc unicum inferre volo, animam circa formationem fœtus concurrere, & cauſam moventem formationis exiſtere:* quo aſſerto author ille *rationalem* animam *non* excludit, dum n. 6. hunc diſcurſum format: *quæ ſive rationalis, ſive irrationalis ſit &c.* nec diſſentit *Rejeſius in camp. Elyſ. juc. qu. 45. n. 39. ſeq.* a ſententia hactenus confirmata. annumeramus hiſce ſuffragiis ſupra allegata aſſerta *Lütkemanni* & *Dannhaueri*, nec non *B. Speneri*, qui in articulo Regenerationis *conc. 60. p. 966.* docet: in der Krafft GOttes bildet die Seele ihrer Wohnung den Leib, biß er eine völlige Geſtalt gewinne: & *conc. 63. p. 1015.* ſo bald ein Kind empfangen iſt, ſo iſt ſeine Seele ſelbſt in ſolcher Bildung geſchäfftig: adjiciamus *Gregorii Nyſſeni* aſſertum, qui in *opif. hom. cap. 14.* judicat: quod *anima* cum *ſemine communicetur*, quod anima illa ſit *immaterialis incorporea* & in generationis actu non *otioſa*, ſed *laborioſa. vid. plur. ſup. cit. diſp. Jac. Thomaſii de origine animæ humanæ:* nec deſunt plura teſtimonia; aſt in hiſce acquieſcimus: de *ſemine* vero ita judicat *Lutherus:* Es iſt warlich der Saamen ein todt Ding, und der Leib auch und noch mehr todt, dann das Waitzen-Korn, ſo in die Erde fället: darum ſoll die Vernunfft dencken, daß dieß keine natürliche Würckung ſey, wie ſie ihr träumen läſſet: es iſt aber eine Blindheit und Boßheit des Teufels, daß wir dieß nicht anſehen oder betrachten und verſtehen alſo der keines, wo wir der Vernunfft folgen, wie ſie uns leitet. dicit *Commentario in Geneſ. XXV. 17. p. 413. b.*

§. VII.

Aſt quamvis varii de *veritate* hujus aſſerti aut *ambigant*, aut *dubitent*, adeoque rotunde ſatis *obloquantur*, vel ſi *humaniter* procedere videntur, varias *dubitandi* rationes proferant, tamen *haud difficile* eſt, oblocutionibus talibus obviam ire: non quidem placet hoc labore, ne nimium creſcat, objectiones diluere, obſtacula diſcutere, & *conſequentias* aut ridiculas *inſtantias* reſol-

ſolvere & interpretari, ſed præſentem aſſertionem *the-tice confirmare* & *rationibus* roborare ; interea reminiſcimur *alterius* aſſerti, quod aliqui judicant, quod *generationis* proceſſus *abſente* anima rationali continuari queat, inter quos prædictum *Ledelium l.c. A.N.C. p.8.9.* nominamus, nec non hoc loco in medium proferimus, illam ſollicitudinem, qua nonnulli hoc dogma confeſtim ad *generationem* animalium *brutorum* & *vegetabilium* applicant, indeque *abſurdas* conſequentias elicere conantur, quo pertinet *Sinibaldi* ridicula & per *Sarcaſmum* prolata obtrectatio, qua *Lib.V.tr.1.c.5.p.593.* ita ratiocinatur: *Bone DEus, quomodo fieri poteſt, ut, præſente anima, nulla prorſus edatur actio vitalis, in tot volucrum ovis, tot plantarum ſeminibus atque rudibus, imperfectisque animalium conceptibus? quid in his perpetuo feriata facit anima? dormit illa ſemper alta merſa lethargo? aut numquid ſyderata ſtupet omnibus exemta viribus? cur amabo tam prodiga eſt animarum natura, ut velit illarum infinitas myriades otiari intra horrea, intra puteos ſequeſtrari, in ſacculis obſtringi, in ciſtulis obrui, in viſceribus condi? ſiquidem quotidie inſecta, aves, feræ, homines miſeras frumenti, ac cerealium innumerabiles devorarent animas, ita ut parva quæque avicula millio ſaturata gloriari poſſit, ſuo in ſtomacho centena millia animarum abſcondi. Qui tundunt, qui pinſunt legumina ac triticum, innumera committerent indies animicidia &c.* utut vero *hujus* tenoris objectiones & conſecutiones vix reſponſione & reſolutione dignæ exiſtunt, tamen ſuccinctam interpretationem & deciſionem protulit *D.D. Præſes in Parte II. tract. de Anima hominis, plantarum & brutorum:* impræſentiarum vero nos

cum

cum *Sperlingio l. c. p. 37.* regerimus: *mens recte imbuta, ne quicquam tot tantisque movetur terriculamentis:* quemadmodum etiam *Zacchias loc. alleg.* nec non *Hollazius l. c. p. 610. ſq.* varias tales ridiculas oblocutiones & conſequentias diſcutiunt ac *enervant:* nobis interim de præſenti ſermo eſt de *Generatione hominis*, inſuperque de *Natura humana*, quare ab hac ad naturam *brutorum* & *vegetabilium* non valet conſequentia, ut fruſtra *hæreſeos* crimen ac fulmen aliis imponatur & incutiatur; proinde tamen *univerſalis* illa eſt veritas, quod generatio *viventium* ſic dictorum ſubjectorum *principaliter* & *efficienter* haud *materiæ* poteſtati & qualitati adſcribi queat: quam ob rem hoc ordine, loco & nexu adjugimus judicium *B. Speneri* **Lauterkeit des Evangel. Chriſtenth.** *Part. I. Domin. Invocavit p. 413.* Was der Menſch thut, darzu kommt die Krafft von ſeiner Seele her, ohne dieſelbe iſt keine Bewegung, die von innen entſtehet bey ihm: dahero ſo bald die Seele im Todte weggehet, ob wohl der Leib noch gantz iſt, was ſeine Bildung und Einrichtung anlanget, was er vorhero geweſen war, iſt doch weder Leben noch Bewegung in ihm; daß alſo auch, da der Menſch gelebet, nicht der Leib, ſondern der Geiſt die Bewegung gegeben habe: Was die Thiere, Fiſche, Vögel, ja auch Gewürme anlanget, ob wohl dieſelbe keinen eigentlichen Geiſt haben, wie die menſchliche Seele iſt, iſt doch etwas in ihnen, was wir ihre Seele nennen, daraus ſie alle Bewegung haben; und liegt gewiß nicht an der diſpoſition des Leibes allein, daß man ſolche Dinge vor lauter machinas, da es nur in denſelben an der Formirung gelegen wäre, ausgeben wolte; man ſehe den geringſten gröbſten Wurm an, und laſſe alle Künſtler in der Welt ihre Künſte zuſammenbringen, ob ſie ſelbs einen ſolchen Wurm, deſſen gantze Structur ſie vor Augen ſehen, und mit microſcopiis einſehen mögen, nachmachen können, der ſich ſelbſt bewege, nach ſeiner Speiſe krieche, wachſe, u. ſ. f. Was mangelt? da ſie doch etwas bilden können, das unvergleichlich ſchöner und künſtlicher anzuſehen wäre, ſie können kein Leben, keine Seele, die etwas ihrem Geiſt ähnliches wäre, darein bringen: alſo ſehen wir, daß dieſelbſtige Bewegung allezeit von einem Geiſt, oder etwas demſelben ähnliches herkommen müſſe, und dahero was ein Geiſt iſt, an ſich ſelbſt viel kräfftiger ſeyn müſſe, als was ein

Leib

Leib iſt: ibid. etiam dicit: Geiſter haben nicht allein Verſtand und Willen, ſondern können auch Cörper bewegen, und iſt keine ratio, weil ich es nicht begreiſe: ergo, ſo iſts nicht wahr: ea propter generalem hanc animadverſionem obſignamus aſſerto *Celeb. D. D. Stahlii in Notis ad Harvuei Satyras cap. 30. p. 246. Unicum mihi ſufficit, incorporeum certe principium, quod actum, in ſe abſolute incorporeum, motum, non ſolum præſtet; ſed ordinate, proportionate (ad materias, organa, & ipſum diſſitum finem) gubernet; imo poſſit etiam eundem non præſtare, aut inordinate præſtare, aut in momento veluti deſtituere, e mera abſolute fictitia atque vana perturbatione.*

§. VIII.

Ne vero *nudo* aliquo aſſerto cuipiam moleſti ſimus, neve crabrones & ardelionibus ac *oſcribus animæ* bilem moveamus, placet nunc *ſpecialiori* præſentis thematis explicatione nonnullas *rationes* proferre, quibus propoſitam theſin *demonſtrabimus*, eandemque utpote rationalem & *veram* declarabimus, confirmabimus & commendabimus: *Animam* itaque hominis *rationalem Naturam Generatricem* eſſe illo argumento probamus, quod mox in *primo* generationis *initio* juſta & *exquiſita motuum* modificatio neceſſaria ſit, quæ in certo ac *ſtabili* fundamento hunc actum inchoat, quippe qui motus ad illud punctum ac *rudimentum exacte* dirigi & applicari debent, ne in hoc principio *confuſio*, quæ alias facile irrepere poſſet, contingat; hic motuum proceſſus itaque *adæquate* inſtitui & continuari debet; quodſi itaque ad hujus motus *proventum*, aut *originem* animum advertamus, tunc illos ab *utero* ejusque *generica* virtute *motrice*, ſpecifica *fabrica*, nec non a *calore naturali*, *ſanguine*

materno, *ſemine* & *ſtaminibus*, aut lineamentis fundamentalibus, & obſcura aut *abſcondita* aura ſpirituali, vel *genitura* muliebri &c. derivare *haud* poſſumus, quia *occulta* ſeminalis liquoris efficacia ſub nullum judicium venire poteſt, adeoque de occultis nec *rationalis* Medicina judicet, ſubinde etiam ludicræ præſumptiones ad demonſtrationes formandas ineptæ, adeoque reliquæ cauſæ non niſi per *petitionem principii*, aut falſam *ſuppoſitionem* tali qualitate præditæ *creduntur* & obtruduntur, aſt non demonſtrantur; quam ob rem *motus* ad *generationem* neceſſarius, ab *altiori* & *digniori* cauſa provenire debet, quo motu corpus humanum admirandæ & *incomparabilis* ſtructuræ ex *primis* ſuis fundamentis exſtrui & *ædificari* debet; ea propter *motus* ille a *tali* cauſa pendet, quæ nunc huic *ſontico* officio operam, induſtriam & ſtudium impendit, qualis *non materialis*, aut *corporea* eſſe poteſt, ſed talis, quæ capax eſt operari ad *certum ſcopum* atque *finem*, qualis operatio non alteri, quam *rationali* competit principio: ſi itaque hi motus non ſunt *fortuiti*, aut *neceſſitate* coacti, ita non ſunt *mutuatitii*, aut per *materias* propagati, ſed *proxime a ſua cauſa* orientes, qualis *incorporea* eſſe debet, quia *motus* ſua *eſſentia* non *corporeum* eſt ſubjectum, ut adeo *effectus* atque *cauſa* recte *congruant*; inde liquet, quod illius motus cauſa debeat eſſe *rationalis* & *ſpiritualis*, qualis eſt *anima rationalis*: actus itaque generationis non per *totum* vitæ tractum, indeſinenter velut functiones *vitales*, *naturales* & *animales* plurimæ, continuat, ſed *uno temporis termino ſuccedit*, altero acquieſcit & *ceſſat*, alio *denuo* repetit, adeoque habet *circumſcriptos*, limitatos & determinatos ſucceſſus: ſi

itaque

itaque *ille* motus, qui ad hunc proceſſum pertinet, ſub concurſu certarum circumſtantiarum in utero occurrit, tunc *certo* temporis puncto *incboat*, alio *deſinit*, quare merito quæritur a *quali* cauſa ille pendeat? hæc prima motus *adæquati* productio nulla *ſolida* & *perſpicua* ratione aut ab *utero*, aut a *ſemine* derivari poteſt, ni ad *ſuppoſitiones* quasdam confugere malimus, quibus nullus *judicioſus* arbiter *fidem* habere poterit; obſcura enim & abſona eſt traditio, quod in ſemine vis illa, aut *facultas generans* vel *prolifica* (quæ otioſa & anilia verba ſunt) hæreat, quæ talem actum in utero fæminino ſuſciperet &c. *qualis* vero illa virtus eſſe debeat, nemo ſignificare poteſt; unde merito interrogatur, *unde* huic facultati *facultas* ſit *per ſe* movendi, motum hunc quoad omnes reſpectus *congruum* adminiſtrandi, corpus tam *proportionatum* ſtruendi, &c. an vis aut facultas *liberæ* poteſtatis ſit, ſine cauſa *ſuperiori*, cui illa *inhæreat*, motus producendi & communicandi &c. ut facile liqueat, & vim illam & motum requirere cauſam, *cui* hi reſpectus *competant*, de qua perſpicua magis ratione aſſeverari poteſt, quod *hæc* cauſa *tali* facultate prædita ſit: quodſi enim vis hæc a ſuo ſubjecto *ſeparetur*, tunc nuda notatio *nominalis* eſt; ſi vero viciſſim quisquam aſſeverare vellet, quod per omnipotentiam *divinam* ſemen animale hac *virtute* qualificatum ſit, ut *ſine alia* aut ſuperiori cauſa proceſſum talem perficere queat, tunc *non ſufficit* hæc tantum aſſerere, ſed convenit etiam probare, an *ullibi DEO* placuerit, hoc *juxta captum* quorundam hominum horumque opinionem ac imaginationem conſtituere, diſponere, & ordinare: nos contra magis clara,

 evi-

evidenti, ac ſolida *demonſtratione* judicamus & aſſerimus, quod ad *actum Generationis* requiratur *motus* & quidem *novo* inſtituto ac directorio ſuſcipiendus, *ordine* exquiſitiſſimo inchoandus, (ubi vix audienda ſunt infelicia illa, ægri cerebri judicia ac infrunita & audacia aſſerta, quod falſo ſupponatur, generationem actum eſſe exquiſite proportionatum, qui in diſtinguendis regionibus, partibus, locis &c. conſiſtit, ſiquidem hoc ipſi experientia adverſetur &c. qualia anilia nugarum ſpecimina a quolibet vel leviter judicioſo arbitro in lepido ac ſterili ſuo obloquendi pruritu & nervo agnoſcentur:) exactiſſima *proportione* continuandus, & ad certum terminum *temporis* & ſcopum *operationis* ſub variis *viciſſitudinibus* rerum perficiendus, qui motus ad hunc actum *peculiarem* requirit *cauſam*, quæ ſingulis *hisce* reſpectibus *ſatisfacere* debet, ut productum tale *affabre* formatum eveniat: juxta hanc diſquiſitionem, *ſanæ* rationi conformem, porro inquirat quisquam, an talia requiſita conſultius a cauſa *materiali*, an ab alia *occulta*, *obſcura* & abſcondita, an rectius ab *anima rationali* expectari, derivari & demonſtrari queant.

§. IX.

Porro ſententiam noſtram confirmat argumentum illud *generale*, quod in *hoc mundo* viſibili *arctiſſimum* vinculum *animam* inter atque *corpus* cedat, ut *ſine illa* non modo certo ſenſu ac reſpectu ad *humana* officia & correlationis *mundani* hujus ſyſtematis cum variis connexis mutationibus, ſubjectis, effectibus, phænomenis & viciſſitudinibus *inutile* exiſtat, nec non *anima ſine corpore* in eadem rerum univerſitate *otioſa* & ad operationes *naturales* aut illas, quarum cauſa in ſpectabilem hunc mundum a DEo intro-

introducta eſt, inepta ſit, unde *mutuum* commercium *abſolute* neceſſarium eſt, quod eſſentialiter aut *formaliter* ad ſtatum *humanum* pertinet, ut ſubinde divinæ Sapientiæ placuerit, in *futuro* mundo ac ſphæra infinita aut *æterna* animam *non corpore* deſtitutam, ſed eodem denuo inſtructam, ſervare; inde porro fluit, quod *corpus* ſit *inſtrumentum* & *habitaculum* animæ, quod anima *activo* influxu corpore utatur, videlicet quod anima *motu corpus* afficiat, *non viceverſa*, quoniam *communicatio* motus *in aliud ſubjectum* ad certos *uſus* atque *ſcopos* deſtinata, exquiſitis *directionibus* ſubmiſſa eſt, ut propterea rationi *ſobriæ* magis *conformis* ſit aſſertio, quod anima corpus certa *directione* moveat, *non viceverſa: animæ* enim potentia *ſuperat corporis* attributa *nobilitate*, dignitate, præſtantia & *efficacia;* hinc ſubjectum *dignius* & *potentius* velut *ſpiritus*, movet *indignius* & *debilius*, velut corpus: Si porro corpus in ſua *formali* conſtitutione, qua humamanum eſt, *reſolutioni* & *combinationi* ſubjectum eſt, *non æque anima*, ſi præterea corpus in *prima* ſua fabrica conſtrui, efformari & ex *minimo rudimento* in genuinam humanam formam converti, & hac ſua fabrica *non ulli alteri* cauſæ *proxime* inſervire debet, quam *animæ*, ita reſolutio facilis erit, ſi quæſtio proponitur, *cui* cauſæ *magis competat*, ut hoc corpus formetur, videlicet eidem *animæ*, quæ hoc corpore abſolute indiget, & ſine hoc in mundo præſenti nihil ſuſcipere & perficere poteſt: corpus itaque quod ad uſum tam *generalem*, quam *ſpecialem* animæ formari debet, *nulla* ratione *ſeipſum* exſtruere poteſt, quia *illud* ſubjectum eſt, cui *totus proceſſus* formationis communicari & tribui debet, ut ea propter *con-*

fuſa eſſet aſſertio, quod corpus *formandum* ſibi largiatur facultatem, *qua ſe* formare poſſit; deinde *occulta*, aut per nudam *ſuppoſitionem* agnita & excogitata cauſa (velut obſcura vis plaſtica, aut per figmentum & ridiculam aſſimilationem craſſe & mere ſuppoſita, nunquam vero ullibi ſobria ratione demonſtrata, ſed verboſo commento declamata aura ſeminalis & hujus furfuris alia, in qua nulla ratio acquieſcere poteſt) pro principio generante ſuppoſita, præ anima, nullo *jure prærogationis* pollet: ut iterum *abſona* eſſet fictio & aſſertio, quod eo non obſtante, dum corpus abſolute anima, & anima abſolute corpore indiget, hoc corpus non ab anima, utpote cauſa ſatis *cognita*, *certa*, vera & operante, ſed ab alia *incognita*, *ſuppoſita*, *obſcura*, dubia &c. formetur: neque *rationes* multæ & *ſonticæ* permittunt generationem *immediato* ac proximo activo influxui Dei tribuere velle, quoniam *qualitates* corporis non *proxime* cum attributis *divinis* conveniunt, & dum alia cauſa, *virtute* tamen *divina*, actum generationis adminiſtrare poteſt, imo juxta mandatum divinum: *creſcite* & *multiplicamini*, etiam debet, ita eandem in *naturali* hoc ordine inquirendam, confirmandam & agnoſcendam eſſe judicamus: huc referimus intricatum illum locum, reſpectu Theologorum diverſam explicationem admittentem *Geneſ. V. 3. Adam genuit filium ad ſimilitudinem ſuam, ad imaginem ſuam*, juxta Gloſſam *Junii: non ad illam puram Dei imaginem, ſecundum quam a DEo creatus fuerat Adam (nam fuerat deformata) ſed ad illam imaginem, quæ tum in Adamo & Ehava uxore fuit, puta corruptam: B. Lutherus in h. l.* ita commentatur: Darum wird Seth, der hernach gebohren

wird,

wird, nicht nach dem Bilde GOttes, ſondern ſeines Vaters Adams gebohren, das iſt, er iſt ſeinem Vater ähnlich, nicht alleine mit Maul und Naſe, wie man ſpricht, ſondern er iſt ihm auch gleich, alſo, daß er nicht allein Augen, Ohren, Maul und Naſe, Finger, Sprache, Geberde ꝛc. hat, wie ſein Vater, ſondern er iſt ihm auch mit andern Eigenſchafften, beyde innerlichen und euſerlichen, mit Sitten, Art, Willen ꝛc. gleich. In ſolchen allen hat Seth nicht GOttes Gleichniß, welches Adam gehabt, und wieder verlohren hatte, ſondern er führet ſeines Vaters Adams Gleichniß, und iſt dieſes ein Bild und Gleichniß, NB. nicht von GOtt geſchaffen, ſondern aus Adam gezeuget: Si itaque nunc generatur *corpus mortale*, *corruptibile*, *imperfectum*, *fragile &c.* hæ vero qualitates proveniunt a *peccato*, peccatum viciſſim utpote affectio *moralis* aut transgreſſio *legis* divinæ, non *attributum* proximum cauſæ *corporeæ*, ſed *animæ* eſt, ita corpus noſtrum nec *cauſa corporea*, nec *DEus*, ſed *anima* hominis generat, ita quidem, ut hæc non *ſucceſſu temporis* corpori *aliunde* deformato imperfectionem aut *corruptibilitatem* demum communicet, ſed quia in quolibet *ſingulari* corpuſculo *mixto*, ex quo *fluidæ* & *ſolidæ* ejus partes conſtant, corruptibilitas, imperfectio & fragilitas hæret, ita *ſub* ipſo *actu* & proceſſu generationis, quem *anima* perficit, qualitates illæ corpori ſubminiſtrantur, ut *quilibet* ex *poſteris* Adami nunc ad imaginem ſuam gignat proſapiam: ad fatuas inſtantias, quæ contra hanc rationem proferuntur, quia apertam disparitatem ſubjectorum, qualitatum & reliquorum reſpectuum continent, non neceſſe eſt, ut quædam regeramus, quia tyro Logices illas reſolvere poteſt.

§. X.

Quod vero ex hoc *mutuo* vinculo, *animam* inter ac *corpus* cedente, fluat, eandem *animam corporis architectam* eſſe ex hac demonſtratione facile innoteſcit, quia corpus ex *primis* ſuis *rudimentis* ſemetipſum fabricare

non

non poteſt, dum *exquiſita* figuræ, proportionis, mutuæ relationis, formoſi nexus, molis, dimenſionis &c. modificatio, obſervatio, directio & communicatio in *tota* rerum univerſitate, *non* in cauſam *corpoream* cadit, ſed in *talem*, quæ omnium horum reſpectuum *gnara* eſt, & ſi per lepidam ac ridiculam petitionem principii traditur, quod in ſemine, aut *ovulo* nunc præſto ſint, uti *totius* corporis, ita *ſingularum* illius partium fundamentales figuræ ac prima lineamenta, tunc adhuc *tota* demonſtratio *lubrica* & difficilis eſt, licet hæc fabula pro veritate accipiatur & ſub *larva experientiæ* proferatur, quamvis in hac opinione ipſi ſententionantes *dubii* ac *diſſentientes* ſint, dum primo *plurimi* totum aſſertum *abnegant*, multi *dubii* fluctant, an ſemini inexiſtant *vermiculi*, an juxta *Paracelſum* & *Cardanum homunculi*; aliqui de vermibus diſceptant quales ſint, an caudati, an capitati, an hirſuti, an lævigati exiſtant: nonnulli de numero vermiculorum controvertunt, an ſemini *unus*, an *plures* inexiſtant, & ſi plures cur unus ex illis locum obtineat, & ſe inſtar reguli gerat, wie ein Ratten- oder Bienen-König; porro litigant, quorſum reliqui vermiculi migrent, ſi unus locum pro fœtu formando obtinuit, an reliqui moriantur, an ut exules peregre abeant &c. Si itaque tota hæc opinio *judicioſe* advertitur, facile agnoſcitur, quod *fabuloſa*, cerebrina, imaginaria, ridicula & verminoſa exiſtat: & ſi porro inquiritur, *unde* ejusmodi *prima* lineamenta corporis humani (utut pro colorando profano ac anili præjudicio adſtruitur, quod eadem *divinitus* facta fuerint, quæ adſertio impudens ac craſſa profanatio divini nominis ſubinde *cæcum figmentum* & temerarium

rarium *ſuppoſitum*, nulla ratione confirmatum eſt) ſuum *accrementum* nanciſcatur, facile ille qui compos mentis, nec vermibus aut icunculis in pineali glandula obſeſſus eſt, judicabit quod *augmentatio* corporis ex iisdem *rudimentis* primis non *ex ſe* & ſua virtute eveniat, quoniam illa eosdem, *ante notatos*, reſpectus requirit, æque ac pictor, *integra* ratione præditus, *fundamentales* lineas ad figuram aut faciem delineandam ducit, qui dein ratione *deſtitutus*, *præcipuum* opus illius picturæ perficere *haud* poteſt, ſed tanto magis eo ratione indiget: dein ſi ſupponitur in ſemine ineſſe homunculos, tunc ſupponendum eſt, quod aut in *maſculino*, aut in *fæminino*, aut in *utriusque* ſimul tales imagines adeſſe debeant, id quod iterum *indemonſtrabile* & craſſum figmentum & ſuppoſitum, magis anile & *effæminatum*, quam *judicioſum* eſt; etenim generatur & paritur proles quoad ſexum *fæminini* corporis, quoad faciem *patri* ſimilis, *cujus* fuit ſemen? an patris, an matris, an utriusque adeoque hermaphroditicus, cyclopicus & centauro ſimilis! tædet ſane plura de hac re proferre, cum primo intuitu anilia ſunt, *illis* vero *creditu facilia* & rationalia, quam ſi aſſerere mallent *animam* rationalem *cauſam generationis* eſſe: facile itaque inclareſcit *nec* in *corpore*, nec in corporis *virtute* ac cauſa ſimili hærere potentiam *generandi*: Si itaque corpus in hoc mundo ſpectabili *propter animam* eſt, anima etiam abſolute corpore indiget, hoc perinde absque anima *nullius humani* proximi uſus exiſtit, ſed potius mortuum ac *putredini* & diſſolutioni obnoxium eſt, ſi corpus porro ab *aliqua cauſa*, quæ ipſo corpore *dignior* eſt, *formari* debet, ſi omnes *reliquæ* cauſæ, tantum & eſſentia &

F virtu-

virtute *ſuppoſitæ* ſunt, *anima* vero *non* ſuppoſita, ſed *realiter* exiſtens principium eſt, ſi cauſa, quæ corpus ſtruere debet, virtutem *motricem* habere debet, aliæ cauſæ vero utpote *non entia*, entia ficta, ſuppoſita & *indemonſtrabilia* nulla permittant prædicata, anima contra, utpote *ſpiritus* illa virtute *motrice* inſtructa eſt, inde facile homo, qui vel *leviter* ſentire & judicare poteſt, agnoſcet, quod vi hujus vinculi, animam cum corpore connectentis, non corpus, utpote ſubjectum *indignius* animam, ſed *anima*, utpote *eſſentia* ac *virtute nobilius*, ac *præſtantius* ſubjectum in ſubjectum *inferius*, vilius & ignobilius operari poſſit, adeoq; hoc corpus non modo *exſtruere*, ſed & *formatum ulterius* actuare, movere, dirigere, *augere* & *conſervare* valeat debeatque: quare philoſophi dicunt, quod *actio cauſæ* ſive ſubjecti *potentioris* & *dignioris* in *ſubjectum debilius* & *indignius* ſit *facilior*, *major* & pronior: quam ridicula vero ſit inſtantia, quaſi æquipollens ſit aſſertio, quia anima ſine corpore & corpus ſine anima in hac univerſitate eſſe nequeunt, ergo corpus animum generat, vel tyrones primis elementis ſobrie connectendi & judicioſe concludendi imbuti aſſequi poſſunt, ut futiles ac jejunæ, ne quidem ſciolæ tales, ut videri volunt inſtantiæ, *analytica* indagatione & propalatione dignæ minime ſint: interim ex ejusmodi oblocutionibus ac dubiis facile obſcuræ mentis ac obtuſi judicii caligo inclareſcit, in qualia commiſeratione digna ſcrutinia ac infelicia examina talia ruunt ingenia, de quibus valet: ζῆλον ἔχουσιν ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, juxta verſionem: Sie eyfern mit Unverſtand, aut: Hier fehlts der Seel an den Verſtand, cur? quia *nonnulli absque anima homines fieri* & eſſe, adeoque

ma-

machinulæ *magis* ac *automata* exiſtere geſtiunt, quam *anima rationali* præditi & actuati: ſed ne veritas odium pariat, breviſſimis tantum demonſtravimus, quomodo *rationalis demonſtratio* formanda & intelligenda ſit.

§. XI.

Si itaque perpenditur, quod anima rationalis præcipue utatur *corpore* ad officium *ſenſuum externorum*, quod ex parte ſeſe extendit ad *extremitates* ipſius corporis, ita ut in *apicibus digitorum æque ſentiat* & percipiat anima ac in & cum *proximis* organis ſenſoriis, deinde quod *eodem* corpore utatur ad *voluntarios* motus adminiſtrandos, ita quæſtio *rationalis* & *judicialis* movetur, an non anima illa rationalis *jus prælationis* & *protimiſeos* habeat, quo ob hanc etiam rationem hoc ſuum *novum domicilium*, in & cum quo *novum individuum* conſtituit, conſtruat, formet, generet, præcipue cum hoc corpore ad *ſpeciales proprios* uſus indigeat, in & cum illo culturam *propriæ rationis* exercere, peculiares *individuales* reſpectus atque ſcopos obtinere & proſequi ac *perſonales* & *individuales modos*, gradus, proceſſus, proportiones, applicationes, inventiones, executiones &c. ſervare, ſeligere & imitari debeat; an vero alia *extranea*, *peregrina*, abſcondita, obſcura, imaginaria, *incognita*, *ſuppoſita* &c. cauſa hoc corpus *pro animæ uſu* generare debeat, ut adeo *tantum* & *idem*, anima rationalis, licet *nobilius* magisque cognitum principium præſtare *nequeat*? cur? quia non *craſſo ſenſu* concipi poteſt, *quod* & *quomodo* perficere hoc valeat, quamvis in *altera ſuppoſita* cauſa major *ignorantia* nervi ac *elenchi*, ſed potius ut dicitur, ein Köhlers-Glaube, occurrat: deinde intervenit aliorum crudum ac fœ-

dum *præjudicium*, quaſi *anima rationalis tale* commercium cum *corpore* nec poſſit, nec debeat habere! cur? quia eſt contra *principia phyſico-mechanica:* quam ob rem non *prudentis* aut *ſobria* ratione præditi animi character eſt, *unam* ſententiam *refutare*, nec alteram *meliorem*, ſed a *ſana ratione* penitus deflectentem extreme *claudicantem* ac *ſubriſione* magis dignam ſubſtituere; ſi itaque *alia* cauſa nec *poteſt*, nec tam *ſtricto* jure debet corpus formare, interim cauſa quædam formationis *abſolute* requiritur, ita *ſalva* erit demonſtratio, quod vi hujus nexus & *ſpecialiſſimæ uſurpationis*, anima ſuum, non *alterius* corpus ſtruat, quod de alia *ſuppoſita* cauſa prædicari non poteſt, quod videlicet *pro ſuo* uſu hoc corpus generet, ſiquidem iterum *uſus inſtrumenti* ad certum *finem* involvit *proxima relatione* reſpectus *morales*, (qui competunt animæ *rationali*) non phyſicos: ecquis iterum tam *inſulſas* generet inſtantias, quæ *diverſiſſimos* aliquando involvunt reſpectus, nec in *tertio* comparationis conveniunt, quare in talibus inſtantiis notanda eſt, *infirmitas* aſſumpti, abſurditas concluſi, & deformitas ac *imparitas* relati: aſt ſi quis ita in ſubſtrata demonſtratione per *inſtantiam* excipere & regerere mallet, ſi ſequitur animam corpus formare, *quia ullo utitur* ad *ſpecialiſſimas* deſtinationes, ſequiter *artificem* ſua *inſtrumenta* formare, quia iisdem ad *ſpecialiſſimas* applicationes utitur; tunc inſtantiam *vitioſam* profert, dum *actio animi in corpus* eſt *intrinſeca*, actio *artificis* in *inſtrumentum* eſt *extrinſeca*; anima *in corpore* ſuo reſidet, artifex *extra* ſuum inſtrumentum ſubſiſtit; corpus *nulla alia* cauſa, niſi per *ſuppoſitionem* formare poteſt, inſtrumentum artificis *ab alia* cauſa fabri-

cari

cari poteſt, *relatio animæ* ad *ſui corporis* uſum *dignioris* & *ſtrictioris* eſt reſpectus, quam *artificis* ad *ſuum inſtrumentum;* quid quod *comparate* differendo & judicando, *multi artifices propria* ſua inſtrumenta *optime præ aliis* conficere poſſunt, quia ipſis optime conſtat, ad quos *ſpecialiſſimos* uſus eadem applicare geſtiunt: Exinde vero liquet quam *jejunæ* interdum ſint oblocutiones, quæ contra *prima Logicæ* tyrocinia impingunt: quare illi qui contra *animam* hujusque vires judicare glorioſe ſibi arrogant, *prius* de *animæ* capacitate, qualitatibus ac relationibus bene informati eſſe debent, ne ludicra obganniant, quicquid in buccam venit, alias fumum & fungum pro cerebro apponunt: illud interim ex hac etiam demonſtratione liquet, quod cum *præcedente* ratione certo reſpectu *conveniat*, certa etiam ratione *illam illuſtret*, amplificet ac in ſpecialiſſima diſquiſitione augeat; quare non modo in *generalibus* demonſtrationibus acquieſcimus, ſed etiam *ſpeciales* animadverſiones & deductiones addimus, quemadmodum illæ rationes, quas *D. D. Præſes in Phyſiol.* protulit, non *unius ejusdemque* ſunt nervi, uti imbecillibus forte mentibus videri poteſt, ſed *ſpecialiſſimis* reſpectibus diſcrepant, quales integro, nec *monſtroſo* cerebro præditis facile inclareſcunt, prout *una alteram* rationem illuſtrat, *roborat* ac confirmat.

§. XII.

Quicquid itaque de *figura hominis*, in *ovulo* obvia, *fingitur*, ſupponitur & creditur, id *minime noſtram* aſſertionem *enervat*, nedum *infringit:* etenim illa figura aut valde *rudis* ac *deformis* eſt, aut ita comparata exiſtit, ut *ſucceſſivam* & *ſubordinatam* partium formationem

haud excludat; hinc ne quidem *veroſimili* argumento inſtructi ſunt illi, qui ex illo inſomnio animæ *rationali* jus & poteſtatem formandi corpus derogant, quia in ovulo omnes partes fœtum conſtituentes a primo inde tempore jam adeſſe fingunt, mentiuntur, & ſubinde *animoſa* impudentia ac temeritate ad *experientiam* provocant, cum probatiſſimi viri id magno numero minus adſtruant: quare cum viſione & apparitione ſtaminum in ovulis res ita comparata eſt, ac cum miraculo illius martyris *Garneli*, cujus mentionem faciunt *Eudæm. in apol. pro Garelo c. 14. Corn. a Lapid. ad Apocal. 7. v. 3.* videlicet quod illa ſpica ſtraminea ſanguine martyris illius tincta & adſperſa in cryſtallum dein incluſa, illius martyris iconem & figuram præſentaverit: phantaſia itaque ſtaminibus talibus repleta in ovulo, veluti in cryſtallo talia ſtamina & figuras homuncionis advertit: interim idem huc valet, quod de fide carbonaria aſſeritur: *quicquid ſit, fides purgat facinus:* quod aſylum eſt *Baronii ad annal. 326. n. 51. ſq.* addimus verba *Lutheri in Geneſ. XVIII. 10. p. n. 184. a.* Adam iſt aus der Erde geſchaffen, darum kan man ihn nicht nennen einen Sohn der Erden: Eva iſt aus der Ribbe des Mannes geſchaffen, und dennoch darff man ſie nicht nennen eine Tochter der Ribbe, und ſo GOtt einen Menſchen aus Holtz machte, könnte darum das Holtz nicht deſſelben Menſchen Vater genennet werden. Ita licet homo ex ovulo generetur, tamen ovulum ejusque ſtamina non ſunt ipſe genitor. *B. Dannhauerus dict. Hodoſ. Phæn. V. p. 427. Levi decimatus eſt in lumbis Abrahæ: ratio: quia fuit in lumbis Abrahæ: E. non in ovulis Saræ.* Sic *Malpighius in Epiſt. form. pull.* in ovulis *rudimenta*, ſive *parvam nubeculam* aut *cicatricalam* adſtruit, unde dein fœtus efformari debet: *Theod. Aldes in obſ. in ovis factis*

cica-

cicatriculam nondum circulis ſuis circumdatam vidit, adeoque aliquid obſcurum & *indiſtinctum : Drellincurtius in opuſc. de fœtus humani conceptione* ſtatuit, quod *primo venæ*, deinde *cordis primordia*, & ſic porro *partite* corpus formetur, *Henr. Herfeld in homine Philoſ. Lib. poſt.* dicit: *quod primo cor, deinde caput, cum organis ſuis, tertio pulmones, quarto paria nervorum, quinto cutis &c.* ſtruantur: *Kerkringius in Anthropogenia c. 2.* ait: *invenio jam tum ſedulam ac nunquam otioſam naturam ſpatio illo exiguo trium aut quatuor dierum formam aliquam in rudimentum* (non omnes corporis partis) *hominis effinxisſe, in quo caput clare* (videl. quoad externam aliquam ſimilitudinem ac figuram, non quoad omnes partes) *a corporis mole* (videl. illico figura quæ ſatis obſcura) *diſtinctum, in capite quaſi nebulam annotante organorum puncta conſpicere* (an hæc puncta omnes partes complectantur non ſobriæ mentes, ſed ſpeculatores & phantaſiarum ſectatores comprehendunt) *Joh. Woodward in diſſer. natur.* adſtruit & defendit, quod *generatio inchoet cum vaſis ſanguiferis, cerebro, oculis, medulla ſpinali &c. Sperlingius* de hac generatione *cap. V. de format. homin.* ait: *imperfecta formatio eſt partium omnium a capite ad calcem rudis adumbratio & confuſa delineatio, ubi ex ſolo ſemine nullo in conſortium ſumto ſanguine, vaſa umbilicalia, tres bullæ, hepatis, cordis & cerebri rudimenta, nec non venarum, arteriarum, brachiorum, pedum, omniumque membrorum prima quaſi ſtamina dantur* (videlicet formatione, non præexiſtentia in ovulo divinitus facta) firmat hic author ſuum aſſertum *Plateri* ſuffragio *in Cent. poſth. quæſt. phyſ. 1.* & quamvis *Sperlingius in quæſt.*

1. ejusd.

1. ejusd. cap. cui tit. *quo ordine formentur partes:* eloquatur cum *Galeno: Soli DEo & naturæ cognitum eſſe, an partes omnes ſimul formentur, an una poſt aliam?* ubi facile iterum opponi poſſet, *optandum foret, ut naturæ notitia eo usque ſe extenderet, cum hac ratione tanta cum ſollicitudine diverſarum partium uſus adhuc non inveſtigandus eſſet &c.* ſed cum ejusmodi gerræ & verboſæ fabulæ reſponſione dignæ haud ſint, merito illas a tergo advertimus) attamen ipſe in conſequentibus mentem ſuam exponit, & ſucceſſivam fœtus formationem tuetur: jam *Ariſtoteles* ſuo tempore *Lib. 2. de generat. anim. cap. 1.* dixit: *cum per initia conformationis fœtus, quorundam membrorum effigies perſpicue viſatur, aliorum non, futile eſt, contra oculorum fidem aſſerere, orta jam eſſe omnia; ſed latere:* ipſe *Harvejus* titubat, quando *exercit. 51.* de *generat. animal.* dicit: *ſanguis primus in generatione conſpicitur - - ideoque fibras & venas, poſteaque veſiculam & demum cor utpote organa recipiendo ac retinendo ſanguini deſtinata, hujus ſolius transmittendi & diſtribuendi gratia extructa eſſe veriſimile eſt. conf. exerc. 54.* ubi *oſſibus ultimum terminum* tribuit *exerc. 56.* ſanguini & cordi primum locum adſignat, venas priores arteriis eſſe aſſerit: proceſſu ſecundo cerebri, cerebelli & oculorum generationem proponit & ſic porro: unde idem author interpretatione ac explicatione aliter adſtruit, quam primo prioris poſitionis nervus fuerat: unde & nos mitius, honeſtius ac modeſtius de eodem ſentiamus: ita *Sennertus* & multi alii pro *noſtra* ſtant ſententia: *alia ſentientes* aut inter ſe ratione horum primordialium lineamentorum & ſtaminum *diſſentiunt*, vel *ambigunt* & titubant,

titubant, vel *microſcopiis* nituntur, unde facile *phantaſia* & præconcepta opinio in craſſiſſimos *errores* ſeduci poteſt: de talibus Fanaticis medicis valet *Iudic. IX. 36. umbram ipſorum montium vident quaſi homines*: quid *petulans imaginatio* miniſterio *miſcroſcopiorum* fingere & ſibi perſuadere queat *falſi* & ridiculi, *judicioſi* viri, qui non ſtrabiſmo *præjudicii* & *curioſitatis* laborant, facile agnoſcent; unde alii exclamant, quando ovula inſpiciunt: *βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας*; alii vident vermiculos caudatos, capitatos, æſopicos, hirſutos; alii hoc, alii illud advertunt: *utri credendum!* quid itaque ſentiendum erit de illis, qui frivole & audacter imo impudenter adſtruunt, quod *omnes* partes fœtum conſtituentes *a primo* inde tempore in ovulo adſint & qui *infrunite* ad *experientiam* provocant, quam tot obſervationibus (hujus videlicet furfuris ac pretii) confirmatam jactant? relinquendum hoc erit *judicioſis* arbitris, qui nugas a rationibus & experientia fide digna diſcernere poſſunt: nos hunc elenchum obſignamus cum verbis *Nymanni in tr. de vita fœtus in utero p. 11. 12. Cum infans in utero matris, fatentibus omnibus Medicis & Philoſophis, ſuam propriam formam ſpecificam ſ. animam rationalem habeat, & ſuppoſitum a matre diverſum ſit, per illam ipſam formam, per quam conſtituitur, etiam operabitur? ἀφιλόσοφον enim eſt dicere, rem per aliam animam ſive formam eſſentialem ſpecificam conſtitui & per aliam, ſubjectam etiam diſtinctam, operari, ſed illa ipſa anima, quæ corpori dat eſſe, omnium quoque ejus operationum cauſa eſt*, quo effato author teſtatur *animam rationalem corpus formare & vivificare*: Ecquis ita *credulus* fuerit,

at ſibi perſuadeat *omnium* partium, ad *integritatem* totius corporis ſpectantium, quarum *ineffabilis* ſane numerus eſt, *primordialia* ſtamina in *ovulo* præſto eſſe? & ſi hoc non eſt, (niſi *credatur* & ſupponatur, adeoque a *poſſibili* & *inviſibili* concludatur) uti non eſt, (quemadmodum *nonnullæ* harum partium in recens natis *vix conſpici* poſſunt) ſequitur generationem *ſucceſſive* perfici; quod vero ipſa illa *originalia* lineamenta aut *rudimenta* attinet, tunc vix facile *prudens* & judicioſus homo, ne per *effæminatam* credulitatem, aut ridiculum inſomnium imponet, quod *tota reliqua formatio nuda ſucci nutritii appoſitione*, accretione, agglutinationeque perficiatur, unde *non* ex *neceſſitate* quadam juxta talium opinionem, corpus *egregie* & affabre *figuratum* deduci poteſt; ſiquidem molæ, caro luxurians, ſarcomata, concrementa fungoſa, verrucoſa &c. ſimili ſucci nutritii appoſitione creſcunt & augeſcunt, aſt in conſpicua *deformitate*: ſi itaque *Harvejus exercit.14.* confitetur: *latent plerumque velut in alta nocte, prima naturæ ſtamina & ſubtilitate ſua, non minus ingenii, quam oculorum aciem eludunt*, quid multum *antiphoni* glorientur de *primordialibus* illis ſtaminibus & lineamentis, ac ſucceſſiva ſua aut *fortuito*, aut per *neceſſitatem*, aut per aliam *occultam* atque obſcuram vim contingente nutritione & *appoſitione* &c. quæ lepida aſſertio a quolibet ſanæ mentis interprete & arbitro magis deriſui, quam attentioni tradetur; quare cum *Cicerone Lib. 2. de Natur. Deor.* (ne tempus cum ejusmodi fabulis atque nugis perdamus) concludimus, quod *Theophilus Antiochenus lib. 1. ad avtolic.* elocutus ſit: *an cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut ſphæram, horas, ut alia permulta non*

dubitamus, quin illa opera ſint rationis; de reliquis ſpeculationibus valet illud *Roman. I. v. 22.* ἐμωράνθησαν.

§. XIII.

Sed ad *magis digna* animum applicare debemus, quare præter hactenus probata porro confirmat *animam rationalem* proprium ſuum domicilium *ſtruere*, quoniam illa a *primo conceptionis* termino præſens eſt, & ſua *præſentia* teſtatur, quod ad proceſſum *generationis* eadem requiratur: ne vero ab ardelionibus & frivole judicantibus, hoc argumentum pro *petitione principii* garrula lingua & petulanti obloquendi affectu declinetur & denigretur, ita hæc adſertio ad mentem & manuductionem *D. D. Præſidis in diſſ. de termino animationis fœtus humani a D. D. Hanſen* ſolide ac diſſerte ventilata ac confirmata eſt, *conf. Jurisprud. Medic. Tom. I. Part. I. c. 6. ſ. 3. p. 123. ſq.* quo loco uberrima ſuffragia & teſtimonia probatiſſimorum virorum ex *omnibus* eruditorum facultatibus allegata proſtant: Hiſce addimus *Barthol. Corte* teſtimonium in *Epiſt. de termino animat. fœtus A. E. L. 1703. Octobr. p. 471: eo ipſo momento, quo vivere incipit fœtus in ovulo (i. e. protinus poſt conceptionem) fit etiam animæ rationalis cum corpore intima connexio, ne quicquam ſcilicet ſtatim ab ortu deficiat, quod natura homini convenit. Tantam enim inter eſſentiales hominis partes intercedere neceſſitudinem, ut corpus ſine anima, anima ſine mente, (i. e. ſine anima rationali) in ſtatu naturali nunquam perficere queat.* ita enim cujuscunque *producti cauſa efficiens* tempore & ordine *prior* eſſe debet, ſi quidem in *tota rerum univerſitate* nihil *per ſe* fit, ſed *quælibet* fabrica ac machina proximum ſuum artificem & *archite-*

ſtam requirit: eccquis vero adeo abjecte & contumelioſe *ſine* ullo *judicii* nervo & acumine ſentiat, quod *nobiliſſima* & elegantiſſima fabrica *corporis humani* ex ſuppoſitis ſuis *primis rudimentis per ſe* formetur, nutriatur, & *expandatur:* crudum ſane & ſine ſale coctum hoc eſt judicium, cui *nemo ſobriæ* ac ſanæ mentis homo ſubſcribet: ſi vero in *primo termino conceptionis* hæc anima præſens exiſtit, ſane illa *non otioſa*, veſana ac ſtupida erit *ſpectatrix*, quæ *alioquin* operoſum & *activum* eſt principium, quippe *quæ qualitas* cauſæ *ſpirituali* incorporeæ in ſenſu eminentiori ac proximiori competit, juxta ſuffragium *rationis*, *obſervationis* & *conſenſus* eruditorum; & dum eadem illo tempore non modo utpote pars hominis *eſſentialis* adeſſe, neque in *abſtractis* meditationibus ac *obſcuris* operationibus *mentis* negotioſa eſſe debet, ſed ita *primis futuri* ſui corporis rudimentis præſto eſt ac præſidet, ut dum hoc corpus *illius domicilium* evadere, *hæc* vero *illo* uti, idque craſſis *voluntariis* motibus in futurum afficere ac inſtruere debet ac poteſt, illa *jam* in proceſſu *generationis* inepta, impotens & *otioſa* exiſtat, ſubinde vero aut *alteri obſcuræ* cauſæ quoad *hunc* actum, non *juxta voluntatem DEI*, ſed ridiculum judicium aliorum, qui ſtrenui *animæ oſores* & perſecutores ſunt, cedere, aut expectare debeat, quo illius habitaculum confuſo, *turbulento* ac tumultuario modo *per ſe* concreſcat & ex *primis* ſtaminibus, viliori & *indigniori* motu, quam *fungi vegetabiles* fiunt, expandatur, proinde vero tandem, neſcius unde, tam *formoſum* ac ſtupendi & mirabili artificii productum evadat: quis ita corruptæ ac *fatuæ* erit mentis, ut animæ, quæ jam in

primo

primo puncto conceptionis præſens eſt,hanc poteſtatem *proprium ſuum* corpus ſtruendi, deneget, & pervicaci ac obtorto collo ad *aliam confuſam*, nullaque ratione demonſtrabilem cauſam referat: judicium de hac demonſtratione relinquitur æquis & *ingenuis*, maxime vero a *præjudiciis liberis*, minime vero *perfidioſis* arbitris: quis non agnoſcat judicetque, quod tam *celebris* & *arduus* proceſſus, qualis *Generatio* humani corporis eſt, non cauſæ *viliori* & frivolæ, ſed *digniori*, quæ mox in *primis* formationis initiis *præſens* eſt,adſcribi mereatur! talis *vilis*, confuſa & *inepta* vero cauſa eſt, quæ in *primorum lineamentorum* præſentia ponitur, quæ tamen *ipſa ſe* nutrire & *affabre* formare non poteſt, cum *eminenter omnis* ratio, relatio, proportio & qualitas *mechanica* deficiat, neque ab uteri, humorum, ovuli, obſcuræ auræ plaſticæ, (quam ipſi tales ſeplaſiarii ignorant, & præter garrulam ejus ac verboſam denominationem nihil ſani ac ſobrii conceptus perferre ſciunt, ſed ſuis vappidi cerebri figmentis ac inventis turpiter coram viris ſinceris judicioſis ac æquis ſe proſtituunt, propriamque ſuam ineptitudinem judicandi propalant ac exponunt) virtute, efficacia & poteſtate derivari poſſit: in *primo creationis* proceſſu placuit DEO, ut *hiſtoria* creationis teſtatur, alium ordinem ſervare: dum videlicet primo *machina* corporis *vita* adhuc *deſtituta*, creata, eidemque mox *ſpiraculum vitarum* inditum fuerat: frivole itaque & temerario auſu *vim Sacro codici* inferunt, aliorum *probatiſſimorum* interpretum explicationem retorquent, & *ſuam* opinionem de *corpore ante* immiſſionem animæ *vivo*,aut *circulo ſanguinis* prædito (i.e. quod ante

notatus *Corte l. c. p. 470.* adſtruxit, ſed ex argumento nullius ponderis: v. g. quia S. Codex dixit: *producat terra animam viventem, ergo primus homo, ante animæ rationalis infuſionem, vivum habuit corpus:* hic deficit *neceſſitas conſequentiæ:* & quid dictum fuit de aliis animalibus, illud non valet de homine; miſſis *aliis* annotationibus: quæ circa textus interpretationem attendendæ ſunt) ut craſſum præjudicium, ſpiſſum ridiculumque aſylum, nulla ſana, luculenta & ſobria ratione demonſtrabile præferunt: quare præter *multa* alia teſtimonia in *diſp. de Natura vitæ & ſanitatis formatrice ſ. 4. 5.* allegata, producimus teſtimonia *Junii* & *Tremellii* in Geneſ. II. 7. *Cum virtute DEI fuit anima corpori adunata in unitatem perſonæ, factum eſt, ut terrea illa STATUA* (non viva machina) *animata viveret: Seb. Schmidius in h. l. p. 24. formavit Jehova DEUS hominem, i. e. eum, qui fieri & mox eſſe debeat homo: non enim totum hominem, ſed corpus tantum hominis e terra fecit:* mox pergit: *animam ita fecit & univit terreno MORTUOque corpori* (non vivo, ſed juxta IV Eſræ III. 5. mortuo) *ut ſpiraverit eam tanquam animam vitarum, h. e. non tantum per ſe immortaliter viventem, ſed & corpus vivificantem* (quomodo vero anima potuerit & debuerit corpus vivificare, ſi ante vivum fuiſſet) *& per nares ſpirantem.* porro: *Si quis hinc concludere velit, in generatione hominis corpus ante animam in utero formari, illique animam poſtea a DEO immediate creatam ſuperaddi & uniri, non immerito ineptum dixeris: non enim homo quatenus pulvis eſt, generat, ſed quatenus eſt anima vivens, nec ſolus, ſed cum conjuge:* hoc effatum & aſſertum integerrimi probatiſſimi-

que

que Theologi ſententiæ ac inſomnio de corpore vivo, ſine anima, & corporis generatione ſine anima ſtrenue contradicit: *Brentius h. l.* diſtinguit inter *corpus hominis ex luteo creatum*, utpote *ſtupidum & inertem truncum*, & inter corpus, ut *eſſet animal vivum*, cui ſpiraculum vitæ in faciem ejus inſpiratum eſt; porro in verba: *factus eſt homo in animam viventem*, ita commentatur: *poſteaquam corpus hominis ex luto formatum eſt*, (primus hic eſt actus) & *ſpiritus inſpiratus* (alter hic eſt actus) *factus eſt homo ex corpore & ſpiritu anima vivens* (non factum eſt prius corpus vivum, ſed poſtea factus eſt vivens anima. Addimus *Joh. Calvini* in h. l. Comment. *nunc luteum & ſenſu carens fingitur Adæ corpus, ne quis ultra modum in carne ſua placeat:* (hoc dictum ſibi ſumant miſere philoſophantes, qui ſibi ſapiunt & placent, in carne & corpore Adæ, quod ante animæ inſpirationem vivum fingunt) addit porro: *Cur enim DEus non ſtatum vivum e terra jubeat exire?* in verba *inſpiraverat in faciem* egregie commentatur: *quamvis hic tantum nominetur inferior animæ facultas, quæ corpus inſpirat, & illi dat vigorem & motum &c. de flatu primum loquitur Moſes: deinde ſubjicit datam eſſe animam homini, qua viveret* (adeoque antea corpus non vixit) *ſenſuque & motu eſſet præditus: jam virtutes animæ ſcimus plures eſſe ac varias: quare nihil abſurdi, ſi nunc unam tantum attingat Moſes - - ac tres gradus in hominis creatione notandi ſunt, quod MORTUUM corpus e terra fictum eſt, quod dotatum eſt anima, unde vitalem haberet motum &c.* elegans confeſſio male mechanizantium grande aſylum ignorantiæ deſtruens in verba: *factus eſt in animam viven-*

ventem, ita inter alia commentatur: *nihil enim aliud propoſitum fuit Moſi, quam vegetationem luteæ figuræ* (ita nominat machinam corporis) *exponere, qua factum eſt, ut homo vivere inciperet:* ergo tunc incepit vivere, quamprimum anima inſpirata fuit. *Arndtius Poſtill. Evangelic. Conc. Feſt. Pentec. in Zacchar. XII. 10. p. m. 852.* Darum GOtt der Allmächtige durch ſein Anblaſen den Menſchen in der erſten Schöpffung lebendig gemacht, durch welch Einblaſen der Seele, freylich der allmächtige GOtt dem Menſchen nicht allein das natürliche Leben eingeblaſen, (quam per tavtologiam quidam vitam vitalem, rectius naturalem nominant) ſondern auch den Heil. Geiſt, und ihn ins ewige Leben lebendig gemacht. Et porro in *Concione II.* ſuper *hiſtoriam reſuſcitationis Lazari p. 1424. 1425.* Gleichwie in der erſten Schöpffung GOtt der HErr dem todten Leichnam, den GOtt aus der Erden gemacht hatte, anbließ, und alſo ward der Menſch eine lebendige Seele, alſo gieng das Leben aus GOttes Munde ꝛc. *Glaſſius Philol. Sacr. Lib. IV. tract. 1. p. 1178. obſ. 6.* ait: *hac ratione factum eſt, ut terrea iſta ſtatua* ANIMATA (non inanimata) *viveret. Picinellus in Luminibus reflexis Part. I. n. 14. Poſteaquam primi corporis humani maſſa ad ultimam diſpoſitionem perfecte deducta & organis a bonitate divina ex Terra inſtructa erat, Creator inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viventem. Geneſ. III. ſicque animam per modum ſpiraculi ac flatus ab omnipotentia Dei in corpus humanum fuſa, energiam vitalem ſecum portat -- Anima igitur eſt ſpiritus vitæ, qui a DEo inſpiratus continua reſpiratione præſervat a deſtructione & morte. Critici Sacri in Geneſ. II. 7. p. 43.* dicunt: *homo ex pulvere formatus, nihil niſi inanimis quædam imago erat, operatione carens & ad nihil utilis. Eſcobar* & *Mendoza* in h. l. dicunt: *homo ergo factus eſt in viventem animam, i. e. vivere cæpit:* ergo

go antea non mechanice vixit: *Jeſuita Bonfrerius in Pentateucho Moyſis, Commentar. in h. l. in verb. de limo terræ) nota vero primo aliquid temporis veroſimiliter in hominis corpore condendo interveniſſe, nam & in ſtatuam efformatam luteam, priusquam anima infunderetur &c. id ipſum indicant verba, quæ habentur 4 Eſdr. 3. v. 5. Spenerus* **im Zeugniß von der ewigen Gottheit Chriſti** *cap. IV. ſ. 24. p. 359.* hiſce utitur verbis: Eine gantz nahe Redensart finden wir bereits in der Schrifft 1 Moſ. 2, 6. da heiſt es: GOtt der HErr machete den Menſchen oder den Adam aus einem Erden-Kloß (da trägt der Leib, der erſt war, den Nahmen der Perſon) und bließ ihm den lebendigen Odem (oder lebendige Seele) in ſeine Naſen (dadurch wurde der Leib und dieſe Seele vereiniget, und nahm der Leib gleichwohl ohne ſeine Würckung allein durch die Krafft GOttes die Seele an) und alſo ward der Menſch eine lebendige Seele, das iſt: lebendiger Menſch: ergo non antea fuit vivus, & *ſ. 49. p. 407.* notiones beſeelt und lebendig in ſimili tractatione pro ſynonymis aſſumit. *Chemnitius in Colleg. Theol. quæſtion. in Geneſ. diſp. 1. c. 2. qu. 2. ſ. 3.* dicit: *vocatur anima ſpiraculum vitarum, quia anima rationalis in homine ſimul eſt vegetativa, ſenſitiva. Hollazii* in *Examine Theologico Part. I. cap. V. qu. 8. obj. 4. n. 4. p. 609.* verba ſunt: *anima in actu primo eſt ipſa vita, vel ſi pro actu ſecundo accipiatur, eſt aliquid ab anima emanans.* & *cap. 4. qu. 5. p. 603.* extat profeſſio: *animam vocat Moſes ſpiraculum vitarum h. e. non tantum per ſe immortaliter viventem, ſed & corpus vivificantem:* ergo corpus per ſe nec fuit, nec eſt, nec erit vivum: *p. 602.* dicit: *corpori effigiato quidem & jacenti inſtrar trunci experti motus, ſenſus, rationis, inſpirata & unita eſt anima, qua actuandum, movendum & perficiendum erit:* qui itaque aſſerunt, quod *corpus* prius ante ſpiraculi immiſſionem *vita naturali* præditum fuerit, *nul-*

la ratione verboſam hanc ſententiam probare poſſunt, niſi ex *præjudicio ſuo*, male *mechanico*, tale quid impudenter & frivole fingant: cum contra pro noſtra adſertione & *ratio* & *obſervatio*, (quo Apoſtoli *Jacobi c. II. v. 26.* effatum omnibus exemplis probatum pertinet, *quod corpus ſine ſpiritu ſit mortuum*) & uberrima Doctorum diverſarum religionum confirmatio militent: ut eapropter ad æquos, honeſtos & modeſtos arbitros provocare poſſimus. Utri credendum, an figmentis & impudenti garrulitati, an argumentis hactenus prolatis! plura addere nulla neceſſitas requirit, cum ingenua ingenia facile veritatem ſententiæ noſtræ & demonſtrationis agnoſcent: an vero illa lepida ac commiſeratione digna futilisq; exceptio reſponſionem mereatur, quod in Adami creatione animæ & corporis conjunctio liqueat, quæ tamen in *reliquo naturali vitæ* & *generationis* ordine *non æſtimanda* veniat, quoniam corpus *ab alia* cauſa generetur, & *vivum* reddatur ac conſervetur, *æqui*, prudentes, honeſti & a *nugaci* & fugaci garrulitate ac contradicendi altercandique frivolo fervore liberi ſunt, arbitri judicent.

§. XIV.

Nec infirma aut levis erit probatio, quod *anima rationalis*, præ ſingulis *reliquis ſuppoſitis* & ludicre effictis cauſis, officio *generationis ſui* domicilii fungatur, quando ex *commercio animæ*, mediante *vi imaginationis*, cum proceſſu *generationis* concludimus, quod anima rationalis multum juris ac *virtutis* habeat in generationem corporis humani, quod *eapropter* illa *magis* pro cauſa generante haberi mereatur, quam *alia* opinionum monſtra, de quibus *præter ſuppoſitum*, *nihil* obgannire & fingere

gere poſſunt: ubi iterum commiſeratione digna ſunt talia capita, quæ *audacter* calumniantur ac ridicule obloquuntur, quaſi anima rationalis nullum *influxum activum* in generationis negotium habeat, quia hujus operationis *neſcia*, aut *ſibi non conſcia* eſt, mox vero ſub reliqua mordaci ac malevola animæ perſecutione *ſui obliti*, adeoque *minus præſentis* animi adſerunt, quod *matris* anima talem *potentiam* in corpus *fœtus* habeat, ut *juxta imaginationem ſuam* hoc ita alterét ac immutet, quo ex hac *accidentali* corporis mutatione, ejusmodi effectus & producta eveniant, qualia *præviæ* imaginationi conformia ſunt, quæ ipſa vero *non ab* anima illa matris, ſed *a corpore* dependere adſtruuntur: eccquis non advertat quam *vappidum* hoc, de re tam ardua, ſit judicium, & quam ridicula illic *rationalium* reſpectuum occurrat *confuſio*, aperta *contradictio*, manifeſta *petitio principii* & *impotentia* de talibus rebus judicandi, haud itaque garrulæ & audaces tales aſſertiones reſponſione aliqua dignæ ſunt; quare *demonſtrationem* ipſam formabimus: *quanta* ſit *imaginationis* vis in proceſſum generationis, *innumeris* conſtat exemplis, quando vel ultimis geſtationis terminis juxta firmam præcedentem impreſſionem in *corpore fœtus* aliquid *deformatur*, deſtruitur & ſeparatur, velut varia corporis *membra*, imo *totum caput*, vel aliquid *reformatur* & immutatur, vel aliquid *augmentatur* & adſtruitur quod juxta *plurimorum* confeſſionem *præviæ imaginationi* adſcribitur & cum hac exacte *congruit*: ad talem itaque effectum, cauſam miniſtrat *anima matris* imaginans, ſiquidem ipſum productum in corpore fœtus obtingens, ſimulacrum *illius ideæ* eſt, quam *imaginatio-*

 natio-

nationis actu *rationalis anima* formavit & firmiter mente volutavit retinuitque; an itaque anima matris in *ultimis* hiſce generationis terminis, *corpori* nunc *plurimum* formato, ejusque univerſo *ſyſtemati* talem (ſed *neſcias qualem* & ne per *inſomnium* aut phantaſiam concipiendam, *fingendam* & excogitandam) qualitatem tribuere, imo *adſtruere* queat, quæ tam ſtupide accuſata corporis conſtitutio quicquam formare poſſet, quod facultati animæ *rationaliter* operantis *exacte* ſatis *conveniat*, an etiam anima *matris* eſſentialiter *ex ſuo corpore*, *fœtus* corpuſculum *ingrediatur* & in hoc ſuppoſitum effectum immutatæ conſtitutionis corporis, producat, an vero illa anima matris ſub evidenti *defectu inſtrumentorum* materialium ex *ſuo* corpore in corpus *fœtus* hanc operationem perficere, ſubinde talem *ſaltum* ex *ſuo* in *fœtus* corpus formare queat, an vero in *tali* operatione, qua ſecundum certam, *ratione* agitatam, *ideam*, productum quoddam *conforme* exhibetur, *illius* ideæ rationalis *communicatio*, ex *una* in *aliam* animam contingere queat, ut hæc in *ſuo proprio* corpore, quod inhabitat, effectum illum, *ideæ conformem* edat, motibusque quos miniſterio *inſtrumentorum præſentium* facile exequi poteſt, perficiat: hos reſpectus æqui arbitri dijudicare poterunt, cui videlicet cauſæ effectus, *præſentis* demonſtrationis, meliori ac majori jure & ſobria magis ratione adſcribi mereatur: utut vero in hac annotatione & obſervatione illa difficultas occurrit, quod *craſſo*, *reflexivo* & *imaginanti* conceptui illa *idearum communicatio* non pateat, tamen ſciendum primo eſt, quod in operationibus mentalibus ſibi in genere valde *ignota ſit* anima, nec *crudis* cogitationi-

bus

bus de *ſuis* facultatibus contemplationes inſtituere queat; ſeorſim vero quod ipſamet de *formatione idearum*, ſubitanea illarum conformatione, *abolitione*, *accumulatione &c.* illarum, ſatis ſæpe *ignara* ſit, ut & quod in *communione idearum* & *animorum abſtruſi* modi occurrant, inſuper *actio animæ* in *animam*, ſive communio animarum in ſtatu *ſeparato*, aut *Loquelæ angelorum*, circa *objecta figurabilia* & alioquin ratiocinationis, aut *cogitationis præfigurantis* actu in communi operatione occupatorum, hominum, admodum ſubtilis, craſſoque conceptui *incomprehenſibilis*, (quamvis nihilominus demonſtrare queamus, ſi tempus præſentis inſtituti permitteret, quod *anima matris*, cui *ideæ figurativæ*, miniſtrantibus *ſui corporis organis*, *ſenſualibus* cognitæ ſunt, *animæ fœtus*, cui *ſimiles* ideæ in anima *patris* æq; cognitæ, *habitusq;* illas ſub *peculiaribus* circumſtantiis *recolendi* & *agnoſcendi connatus* ſit, ideas tales communicare queat; unde *non raro* corpora fœtuum ſuis *genitoribus* aſſimilantur &c.&c. de qua tamen meditatione non multa verba cum illis facere poſſumus, qui *nimium materialibus* qualitatibus, cauſis ac reſpectibus imerſi ſunt, adeoq; hoc verbum non capiunt, quorum mentes in *pſychoſophia* noctuarum inſtar caligine obductæ & trochleis contortæ & obliquatæ ſunt. *Conf.* tract. Medici & Profeſſoris Roſtochienſis prudentis, docti, ingenui & modeſti *D. D. Dethardıng de indole intellectus animæ inſiti &c.*) in *facto* ipſo vero certa & firma eſt, ut hinc ſecundo concludere liceat, quia talis idearum communicatio quoad *modum fiendi* imperſcrutabilis eſt, hinc *ipſa* idearum *communicatio falſa*, alii vero plane confuſi, & *nulla* demonſtratione firmati, nec *ſobria* ratione agnoſcendi reſpectus,

 qua-

quales ante nominavimus, *præferri* mereantur: Sane qui *integræ* rationis eſt, meliori judicio prædictam operationem *facile animæ* tribuet.

§. XV.

Subinde vero ita argumentamur, ſi anima *extraordinario* modo corporis fœtus fabricam mutare, reformare &c. poteſt: ſequitur illam *generice* vim habere, qua *ſpiritus*, in proceſſu generationis *corpus* afficiendi & quidem *ſine* cogitatione *reflexiva*, quod, quando & quomodo hoc operetur, ut & ſine *libero arbitrio*, quod videlicet talem actum ſuſcipere mallet, aut intermittere nollet, interea tale quid *ſubtili* modo adminiſtrat, ſicut alias operationes *rationis* & *ſenſationis* non ſemper *craſſo* & eminenti, ſed æque *ſubtili* modo perficere ſolet: aſt quoniam graculi facile muſſitant & obſtrepunt, quod eapropter non ſequatur, illam animam corpus *generare* & ſtruere debere, dum illud degenerare & deſtruere poteſt, ita connexa demonſtratio *judicioſis* mentibus facile fundata, ſolida & manifeſta erit: videlicet anima poteſt *inſolito* & *extraordinario* modo in *corpore* fœtus aliquid *ſtruere* & *deſtruere*, *cur non* poterit *ordinario* & regulari modo hoc corpus *formare*, cum nulla ratio ſolida *contrarium* evincat, & quæcunque proferuntur objectiones, juxta præcedentes noſtras animadverſiones nullius momenti, ſed vana ſuppoſita ſint: Si porro *alia* cauſa corpus *non extra ordinem* ſtruere & deſtruere poteſt, cur quæſo actus *extraordinarius* poteſtati *animæ*, *ordinarius* vero *alteri obſcuræ* cauſæ conceſſus & concreditus ſit? Si porro ad *extraordinariam* reformationem corporis non *tumultuaria*, ſed *rationali* ideæ reſpondens actio requi-

quiritur, cur ad *ordinarium* proceſſum generationis *irrationalis* procedendi modus ſatisfacere & ſufficere poterit? hîc ſane quilibet prudens vir judicabit, quod *eo magis* ad *ordinariam* generationem *rationale* directorium requiratur, cum *deſtructionis* actus, utpote *indignior*, quoad requiſita & qualitates cedat *digniori*, videlicet ſtructuræ & *regulari* formationi; ſi actus deformationis & reformationis *iisdem motibus* abſolvitur, ac *legitimæ* formationis, ille vero ſub modificatione *rationali* adminiſtratur, quid obſtat & ſolide renititur, (niſi *lepida contradictio*) cur actus *regularis* non *ſimili rationali* moderamine abſolvatur? Si *anima rationalis* miniſterio *imaginationis* in negotio generationis *alias ſuppoſitas*, ſed hactenus *nunquam* & *nullibi* demonſtratas cauſas *ſuperare* & *inſolitum* quid operari poteſt, quodnam erit, quod animam in *ordinario* generationis ſtatu *infirmam* reddat, ut aliæ ſuppoſitæ *obſcuræ* cauſæ *plus* valeant, quam anima, cujus *exiſtentia* & *energia indubia* & manifeſta eſt? Si anima *inquietæ* imaginationis actione, *ſingulare* quid in generationis negotio operari poterit, cur non *tranquilla* anima in *eodem* negotio *activitatem* ſuam exſerere poterit? Si anima rationalis juxta *imaginationem* valde operoſe & *difficulter* partem formati jam corporis *reſolvere* & auferre poteſt, cur non *leniori* & *faciliori* modo ſicuti partem, ita totum corpus componere & ædificare poterit? Si in *multis* exemplis *deformationis* corporis ſecundum *imaginationem* exacta plane aut *exquiſita* modificatio neceſſaria eſt, cur *formatio* illius *confuſo* modo ſuccedere debeat? Si ridiculam multiplicationem entium & requiſitorum præter neceſſitatem in-

vol-

volvit, quod in mutatione corporis ſub actu *generationis* juxta *imaginationem* anima *prius machinam* illius corporis ita determinate & conformiter alterare debeat, quo *hæc machina apta* evadat, ut aliquid in corpore formet & reformet, quod *imaginationi præviæ conveniat*, ita proinde *accumulatio nullo* reſpectu neceſſaria, *nullaque ratione* demonſtrativa eſt, quod anima in *naturali* ordine corpus *non formare* queat, ſed quod *alia cauſa* opus illud perficere debeat: hiſce demonſtrationibus ad latus ponimus illas lepidas oblocutiones, quod non ſemper, ſed *aliquando* tantum effectus *mutati* corporis ſequatur præcedentem imaginationem, ubi ſufficit hunc effectum *non raro*, ſed *ſæpe* obtingere; neque ex illa objectione ſequitur, quod anima plane non generet ſuum corpus, dum in communi vita humana *millenis* exemplis in variis caſibus conſtat, quid *firma* imaginatio in ſubjectis *ſenſibilibus* admodumque *activis* valeat & quomodo in nonnullis ſubjectis imaginatio *tranquillior*, *moderatior* ac congruæ emendationi & correctioni magis obtemperans exiſtat: quare in reliquis ſubjectis libere & *placide* procedens *generationis* actus a *mitiori* imaginationis vi ſuperari, turbari ac immutari haud poteſt: quæ adſertio multis *analogis* humanis operationibus illuſtrari & confirmari poſſet, quales tamen illi, qui *animati* & non *corporei* homines ſunt, facile nobis haud monentibus & indicantibus agnoſcent: qui vero humanis & *quotidianis* exemplis fidem dare renuunt & in *craſſis*, palpabilibus qualitatibus tantum ſapere volunt, de illis valet illud *Proverb. XXVI. 12. Vidiſti virum ſapientem in oculis ſuis? exſpectatio eſt de ſtolido melior, quam de illo:* altera oblocutio eſt, quaſi

eſſe-

effectus immutatæ fabricæ corporis ob imaginationis poteſtatem, ſit *luculentus*, *alter* vero, qui animam *corpus formare* adſeritur, ſit *occultus*, unde *illum* quidem ab *anima*, *hunc* vero *minus* ab eadem pendere, aliqui concludunt. Aſt nec inde ſequitur, quod cognitio *modi fiendi*, vel *plus*, vel *minus* manifeſti, rem aliquam aut comprobet, aut improbet: id quod in phyſicis phænomenis innumeris exemplis & experimentis demonſtrari poteſt, ubi *res* ipſa aut *factum* veriſſimum, *modus* vero *fiendi* nunc *craſſus*, nunc *ſubtilis*, alibi adhuc plane *abſconditus* & inter eruditos adhuc *controverſus* eſt: quare ſciola talia ingenia hiſce abſonis oblocutionibus veritatem affatim probatam enervare haud poſſunt.

§. XVI.

Haud exigui momenti ac valoris eſt argumentum ab illa, in *omnibus* familiis nota *aſſimilatione* infantum, ad figuram *faciei* & *reliqui* corporis in *parentibus* obvia petitum, cujus obſervationis *veritatem* negare qui haud *erubeſcit*, ferme ſenſus ac mentis compos haud eſt, ſiquidem ad *omnes* familias *numeroſas* æque ac *reliquas* provocamus; proinde *fatua* quaſi & ridicula objectio eſt, quod, quoad *reliquum externum* corporis habitum, *abſolute ſemper* & ſine exceptione aſſimilatio talis contingere debeat; quæ neceſſitas adeo *ſtricti juris haud* eſt, quamvis non deſint *innumera* exempla, quod infantes etiam quoad *varias partes* corporis ſuis parentibus *aſſimilentur*, qualis annotatio ingenuis & *attentis* obſervatoribus, plus, quam ſcilis & immorigeris contradictoribus cognita eſt: unde prædicta oblocutio ne tanti quidem facienda, cum in verboſo & otioſo poſtulato conſiſtit: quod vero *ſpecifice* per *individua*, quoad figuram infantes diſcrepent,

præter *ſuperiorem* providentiam; *differentiæ* individuorum tribui meretur, quando *nova* velut anima, *novum* ſibi *domicilium* ſtruit, adeoque ſicut in *moribus*, inclinationibus, viribus &c. ſpecialiſſimis, ita *quadantenus* in corpore, *novum individuum* conſtituente, *diſcrepat*: quod vero interdum & quidem *rarius*, in *numeroſa* familia infans quidam *penitus* talem ſimilitudinem *excidat*, reliquam *uberiorem* obſervationem & *frequentiorem* alterum effectum *veræ aſſimilationis haud* infringit, ſiquidem *ſpecialiſſimæ* circumſtantiæ in tali *degeneratione* non ſufficienter inquiſitæ & conciliatæ ſunt, dum *peculiares* imaginationes, intervenientes *morboſæ* afflictiones, velut epilepſiæ, variolæ, rachitis &c. hujus alterationis cauſa eſſe poſſunt & in parallelis actionibus humanis eſſe ſolent: Proceſſus vero *aſſimilationis* non ſine *rationali* moderamine perfici poteſt, ſiquidem alteri cuidam ſubjecto, *novum* ſubjectum ſimile reddere, requirit abſolute prioris *rationalem* ac *attentam* inſpectionem, accuratam illius *reminiſcentiam*, & *adæquatam* conformitatem; quemadmodum prima ſtamina, in ovulis lepide ſuppoſita, hic *non quadrant*, ut infans matri, aut patri, aut *alteri* cuidam *picturæ* & *figuræ* aſſimiletur; nam quæſo quî *patris* figura *primordialibus* ovulorum lineamentis imprimi poterit? ni in hoc phænomeno ſcioli ardeliones obtorto licet collo concedant & neutiquam abnuere velint, *animam matris* forti ſua imaginatione aſſimilationem interdum efficere: in quo *aſylo* multa attentata, *veritati* aperte *contraria*, adeoque abſona occurrunt, dum tale quid non *interdum*, ſed *utplurimum* evenit, ut & dum ordinaria & *communis* hæc aſſimilatio *citra fortem* imaginationem contingit, ſed ſub tacita & *tranquilla*

quilla animæ operatione ſuccedit & dum nihilominus ejusmodi *oſores animæ* confiteri debent, quod aſſimilatio hæc ab *anima* oriatur & proveniat: quod ſi itaque in tam *exquiſita qualitate* & circumſtantia *anima* ſub generationis actu *corporis* ſui rationem habeat, quid ni eadem *reliquum* actum formationis perficere *poterit* & *actu* perficiat, dum in reliquo formationis negotio generica & *univerſalis ratio figuræ*, *ſitus*, *magnitudinis*, *numeri*, *nexus*, *regionis*, *loci &c.* habenda, quæ à *ſtaminibus ovuli*, aura ſeminali, vi plaſtica, calore myſtico & harum crepundiarum alia *fictitia* cauſa derivari *non* poteſt, ut eapropter ſummum jus in hunc proceſſum generationis *anima rationalis* habeat: aſt quomodo ridiculi contradictores ſuam theſin de operatione *animæ matris* ſalvare poterunt, qui tamen acriter & audacter urgent, quod *anima* ſuarum actionum *conſcia eſſe*, easque *pro lubitu* ſuſcipere & mutare deberet, ipſi ſpeculentur! miſere itaque claudicant, qui mordaci temeritate ac impudenti auſu *animam ſub examen* vocant, ſed *ſibi conſcii haud* ſunt, unde in meras *fabulas* ac *contradictiones* ſe præcipites dant, reſpectus *rationales effæminata* philaſophia confundunt, & in *propriis* ſuis aſſertis *nugaces* ac *fugaces* ſunt, attamen in *neceſſitatis* caſu ad *animam*, velut *aſylum ignorantiæ* confugiunt: An vero talem aſſimilationem *anima matris*, non *anima fœtus*, exequatur, ex præcedenti §. 15. colligi & judicari poterit: an anima *matris* in *alienum*, videlicet *fœtus* corpus & quidem *ſine* manifeſto *inſtrumento materiali* apto, aut ab *extra*, videlicet proxime *ex utero* in illud corpus, an *immediate* per ſaltum, an illud corpus intrando & *ab intra* effectum illum producendo, ope-

rari queat, an vero vel per *idearum*, *rationaliter* formandarum *ex anima* rationali *in animam* rationalem communicationem, ab ipſa *in corpore* fœtus exiſtente anima, mediantibus illis adminiculis, ſubſidiis, requiſitis, & inſtrumentis, quibuscum nunc totum corpus ſtruitur, hæc aſſimilatio perficiatur, vel an non anima fœtus de figura tam faciei & reliqui corporis patris & matris, quam de figura & pictura avorum & majorum cognitionem habeat, quoniam illa anima, quæ inter Europæos generat, non ex Aſia, Africa, America, Penſylvania, Nova Zembla, Miſſiſipi, Cap. de bon. Spei, terra Magellanica &c. neque *cælitus* provenit, ſed *propagata* eſt, quæ in hoc *tacito* actu, dum cum *aliis mentalibus* operationibus ac objectis *extraneis non* occupata & diſtracta eſt, adeoq; ſecundum hanc ideam, quam ſenſu *jam antea* concepit, obſervavit, & vel *ex vivo*, aut *ad vivum delineato* objecto & ſubjecto formavit, hoc novum corpus ædificare poteſt: ita enim ex *pneumaticis* conſtat, quam *ſonticis* viribus anima polleat, ſi ab aliis *ſenſualibus* occupationibus non *diſtracta* eſt, ſed *inſitas* ſuas ideas *libere* tractare poteſt; quam ob rem in hoc proceſſu non neceſſe eſt, ut nunc denuo *anima* fœtus *generans*, velut in *ſpeculo*, qualitates corporis patris aut matris intueatur, quæ ipſi aliàs, ut *ante viſæ* jam cognitæ ſunt: quicunque itaque *parum animæ* vires inquirunt & agnoſcunt, ſed tantum ex trunco mercurii i. e. ex *materialibus* qualitatibus *vita* & *motu* præditi fieri cogitant, illis hæ obſervationes abſconditæ ſunt, quid quod tædet, qualitates *nobilioris* ſubjecti, videlicet *animæ*, utpote margaritas porcis apponere. *Sapienti ſat!*

§. XVII.

Haſce demonſtrationes qui capiunt, nec ſciolo affectu

ctu & pruritu obloquendi ardent, intelligent, quid *roboris* probandi habeat obſervatio, quod *conſenſus* inter *mariti* & *conjugis* animam *multum* valeat in negotio *conceptionis*, *formationis* & *geſtationis*, nec *præcipitato* contradicendi (& ut lepida *fabula* ſonat) ſub *examen* vocandi auſu, urgent neceſſitatem conſequentiæ: *Si generationis actus promovetur, quando animæ inter parentes conſentiunt & moribus & inclinationibus conveniunt, ſequi, animam ſuum corpus formare:* quod *enthymematica* hæc ſit concluſio, forte illi facilius intelligent, qui *rationales* rerum nexus obſervant, quam quibus in cerebro rotæ ac *turbines* aguntur: de *veritate facti* haud facile attentus & ingenuus animus dubitabit: ſi vero *miniſtrante* hoc conſenſu *actus* totius *generationis* promovetur, tunc *hæc promotio* haud erit *abſtracta*, obſcura, metaphyſica, ſed *correlata*, ac in ſignificatu *conjunctivo* aut concreto, non disjunctivo accipienda, hinc *effectiva*, non ſpeculativa erit: ſi porro hujus obſervationis *valor* requirit præter conſenſum animæ matris, etiam *aſſenſum* animæ *patris*, tunc merito quæritur, quid *patris anima* conferat? quæ *machinam* corporis *matris* haud turbare poſſet, ut hæc tandem negotium *generationis* pervertat, impediat & coerceat; quod ſuppoſitum *nulla* ratione ſublevari poteſt: an etiam hic conſenſus animarum *ſuffulciat*, augeat, allevet & diſponat motus in machina corporis matris, quo proceſſus generationis *facilius* ſuccedere queat, æque nulla *rationali* demonſtratione confirmari poteſt: niſi itaque anima *patris* & *matris* in negotio generationis *active* concurrerent, hic conſenſus *nihil juris* & *poteſtatis* in illud negotium haberet: etenim ſi a qualitate *privationis* hanc obſervationem decidere & explicare mallemus, videlicet quod ob illum conſenſum *nullæ turbæ* in

corpore matris eveniant, tunc exinde haud ſequitur, quod *totus* actus generationis *ſine anima* ſuccedat: ſed tunc denuo quæſtio movetur, quænam illa ſit cauſa operans ſive agens, quæ ſub *tranquilla œconomia vitali* in *corpore matris* generationem perficiat? quam ob rem ex præcedenti obſervatione ſequitur, quod *anima ſuum corpus* generet, aut formet, quia *totus* actus generationis ſub varia tali, *animam rationalem* concernente diſpoſitione & modificatione conſiſtit: quare in hac animadverſione *illud* ſupereſt, ut decidatur, an *anima* patris, an *matris*, an *utraque ſimul*, quo forte magis præcedens obſervatio & demonſtratio inclinare videtur, *corpus fœtus formet*, aut ſtruat: aſt quia hæc deciſio *non præſentis* inſtituti eſt, ut ſupra monuimus, ita ſuffecerit demonſtraſſe & vi hujus etiam argumenti & obſervationis indicaſſe & probaſſe, quod *anima corpus generet*: interim notandum, quod, ſi adſeritur & confirmatur, *animam* a *patre* propagatam corpus formare, vera ſit adſertio, concluſio & demonſtratio, quod *anima fœtus ſuum formet corpus*, ſi vero *matris* anima id efficeret, tunc propoſitio *non* adeo *adæquata* eſſet, quod anima *extranea*, aut *extrinſecus* operans, corpus *pro fœtu*, idque quoad *intrinſecam* œconomiam formaret: quoniam ſobriæ rationi *magis conveniens* eſt ſententia, quod anima ab *intra*, adeoque *emanante*, non ab *extra*, aut *ſuperveniente extraneo* immanente effectu corpus generet, ſicut alias ex & *in ovo* animalia generari ſolent: qui itaque prædictam & ellipticam aut *enthymematicam* argumentationem non capiunt, jejuno ac ſtupido ſarcaſmo easdem famelicorum ſoricum inſtar arrodunt & caſſas ſuas nuces ſub *ridiculo* examinis titulo vendunt, fungumque pro cerebro apponunt: ex hac

vero

vero *animorum conſenſione* fluit, quod mater fæcundationem ovuli admittat, hocque majori vigore & alacriori propenſione ex ovario intra uteri cavitatem transferat, adeoque *præliminares* præparationes ac initiantia ſubſidia & adjumenta conferat, *patris* vero anima *pronior* ſit ad *propagationem*, *agilior* ad *communionem* cum ovulo, *activior* ad *principia* generationis ſuſcipienda, & *totum reliquum* proceſſum majori promptitudine continuandum & abſolvendum &c. & hæc eſt *neceſſitas conſequentiæ*, quod *eapropter anima fœtus corpus ſuum formet*, *quia anima patris & matris* in *bona harmonia* & *conſenſione* conſiſtunt.

§. XVIII.

Qui itaque prædictam demonſtrationem *ſana* & *ſobria* mente capiunt, illi *haud ſolida* ac juſta ratione de præſentibus argumentis effari debent, *non capio*, quomodo hoc argumento corroborari queat hypotheſis, animam nim. fœtus in conſtructione eſſe occupatam! unde *proxima* ratio, quæ *hactenus* probatam ſententiam noſtram, tuetur & confirmat, eſt, quod ſub *communi* animæ *quieta*, *moderata*, *tranquilla* & *placabili* indole, (non æque *ſpeciali* ac *individuali* harmonia, de qua modo demonſtrationem produximus) negotium generationis *facilius*, promptius, ordinatius ac *liberius* ſuccedat, ut & quoad *applicationem practicam* (quæ ex illo fundamento jam nominatæ cauſæ & obſervationis, adeoque in ſenſu *ſpecialiſſimo* diſcretæ, fluit) quod pro *vitandis* generationis turbis, ac *ſiniſtris* ſucceſſibus, ut & *abortuum*, *fœtus mortui*, *monſtroſarum* generationum conſecutionibus, *moderatio*, correctio, *attemperatio*, lenitio, emendatio &c. animi, multum conferat; unde liquet, quod *duplici* hac propoſitione *non crambem* recoquamus, ſed *duplici* conciliatione,

cela-

celatione & annotatione probationem proferamus: obſervatio *non* eſt *imbecillis* aut levis ac frivoli momenti, ſed *attentis* ingeniis notatu digna, in *facto vera* & indubia; hæc ſe non modo ad animam *matris*, ſed & *genitoris* extendit; quod *poſteriorem* reſpectum attinet, iterum quæritur, quid *utilitatis* generationi accederet, ob *tranquillitatem animæ patris*, ſi hæc plane nihil *activi* commercii & *influxus* haberet in proceſſum *formationis?* aut quisnam ſuccurrit conceptus *phantaſticus* & *fanaticus* medicus, quomodo *liber* & *facilis* progreſſus generationis ſub *alterius* cauſæ dominio, quando *anima patris* eſt *tranquilla*, contingere queat? quænam actio *intercedit* inter *animam patris extraneam*, & cauſam generationis *intrinſecam*, *qualiscunque* illa fuerit? ſane per ſomnium quidem nihil fingi & ſupponi poteſt, quod hunc *nexum* defendere queat; interea *factum* eſt *verum*, quod parens *tranquillâ* præditus animâ, faciles & placidos generationis ſucceſſus adjuvet: Si itaque a patre *hæc qualitas non* communicaretur, *generatio non ſimili* qualitate procederet; hæc vero qualitas eſt *moralis*, quæ in *ſubſtratis* circumſtantiis non *per ſe*, aut *nude*, aut in ſenſu *abſtracto* communicari poteſt, niſi ſimul cum tali cauſa, *cujus hæc* eſt qualitas, propagaretur; hinc argumentamur, quod a *patre ſimilis ſpiritualis* cauſa propagetur, quam *animam* vocamus, quæ *eadem* facultate prædita eſt; ſi itaque *præſente* & *exiſtente* anima *tranquilla formatio* fœtus *tranquille* ſuccedit, ſequitur qualitatem actus *formationis*, *conſpirare* cum qualitate *animæ*, quæ *communio* iterum non *abſtracta*, chimærica & abſcondita eſt, quam ob rem *rationalis* eſt nexus, quod *talem ſe* gerat *anima* in negotio *generationis*, *qualis ipſa* eſt in affectione *morali* & quod per

neceſſita-

neceſſitatem conſequentiæ anima fœtus in *conſtructione* ſui corporis ſit occupata: ſi porro ex *neceſſitate phyſica minime* fluit, quod actus formationis *per ſe tranquille* contingere deberet, quin *potius* ex *omnibus* reſpectibus & *viciſſitudinibus*, cauſas *corporeas* concernentibus, fluat, quod a *primis* initiis, usque ad *exitum* actus ille *perverſe* & *turbulenter* ſuccedere poſſet, ita facile iterum patet, quod qualitas *tranquilli* ſucceſſus eidem actui *non ſit propria*, ſed *adventitia*, & ſi adventitia, *non aliunde* eadem niſi ab *eadem anima* derivari poterit, quæ vi hujus demonſtrationis in *fœtus conſtructione* eſt occupata: *plures* alias demonſtrationes addere poſſemus, ſi *tempus* & *præſentis* inſtituti ratio permitteret: quare iterum *Sapienti ſat!* quod vero tranquillâ animâ matris, generatio & *formatio* fœtus facile, *prompte* & libere ſuccedat, perinde *noſtram theſin* confirmat, non in ſenſu *privativo*, quaſi eapropter anima matris proceſſum generationis *non turbet* (ubi tamen iterum in propatulo eſt, quod anima *generatim* in fœtus conſtructione occupata ſit) ſed in ſenſu *poſitivo*, quod *directe* & *actualiter* ſtante & præſente hac qualitate anima *vegetius* generet: nam ſi anima inquietudine [& *incontinenti* ſua qualitate negotium formationis poteſt *impedire*, tunc nulla ſana ratio obſtat, quin *æquali jure* & poteſtate *tranquilla* anima aliquid ad eundem actum *cooperetur*: in qua animadverſione *frivola* & lepida eſſet oblocutio, quaſi in *poſteriori* obſervatione, effectus *non ita evidens* ſit, ac *in priori*, quoniam *veritas facti* non fundata eſt *ſenſuali craſſa* evidentia, ſiquidem alias qualitas *continentiæ* & *moderationis leniores* rerum progreſſus infert, & viceverſa: quando porro non *nudo motus humorum*

augmento, ab *immoderata* animæ operatione proveniente *generationis* proceſſus *impeditur*, ni *ſimilis auctior* motus *aliunde* proveniens *ſemper* idem efficere debeat, quod tamen non contingit; quando actio animæ *matris turbulenta* in corpus fœtus *aliter* procedere *non poteſt*, niſi *alteratione* motus humorum, qualis a multis aliis cauſis *innocentibus* provenire poteſt, tunc minime *hic modus* ſatisfacit ad generationis actum *impediendum*; quam ob rem *ſpecialis* requiritur influxus & *modificatio*, quæ ab *anima matris*, non ad *intima* corporis fœtus, *quo usque* effectus *placidæ* aut *immoderatæ* directionis & operationis *penetrat*, perveniente, oritur: quare anima *matris* ideam *quietæ gratæ*, placidæ, aut adverſæ & *contrariæ* qualitatis communicat animæ *fœtus* (quæ alioquin *diſtinctæ* qualitatis & poteſtatis *ideas fœtus* communicare ſolet, ut ex *antecedentibus* patet) juxta quam hæc motus ſuos in negotio generationis inſtruit, unde liquet, quod juxta *multiplicem* reſpectum, propter hactenus ventilatam rationem & demonſtrationem, anima fœtus in proceſſu *generationis exacte occupata* ſit: & quamvis *multis aliis demonſtrationibus* hanc veritatem roborare, & reliqua alibi a *D. D. Stahlio* & *Præſide* prolata argumenta *confirmare* poſſimus, tamen *limites* præſentis occaſionis acquieſcere jubent: Brevibus *ego Præſes* moneo, quod per tot annos contra malevolorum, ſciolorumque ingeniorum ac blateronum crepitus & ſtrepitus intrepida, immutabilis, conſtans & firma perſtiterit ſententia, quod *anima rationalis magnam potentiam corpus ſtruendi* habeat, quod eadem anima rationalis *ſimilem* potentiam poſſideat *motus vitales* in *ſtatu ſano* adminiſtrandi, quod *æquali* potentia eadem anima polleat *motus vitales* in *ſtatu morboſo* adminiſtrandi, imo quod *ſenſus vitalis*, qui ad *ſingula hæc officia* neceſſarius eſt, contra quælibet oblocutionum & examinum monſtra firmus maneat: reminiſcor hac occaſione effati, quod *B. Dannhauerus in Lacte Catech. Part I. p. 382.* profert: Wer ſind die, ſo unſere Bücher examiniret haben? ſinds nicht die Herren Prälaten, (ridicule mechanizantes) die dem Pabſt (idolum mechanicum) mit Eydes-Pflicht verbunden? ſinds nicht die Wölffe, die das Waſſer trübe gemacht, hernach dem Schaf die Schuld geben? ſinds nicht diejenigen, die mit vorgefaſten Mei-

nun-

nungen das Wort angeſehen? de quibus valet effatum *Baſilii contra Julianum:* Ἀνέγνως ἀλλ' οὐκ ἔγνως. Εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. quod ita vertit *Dannhauerus* l. c. Part. II. p. 357. Du haſt unſere Bücher geleſen, aber nicht verſtanden: hätteſt du ſie verſtanden, ſo würdeſt du ſie nicht verdammet haben. Placuit interea breviſſimis *jura animæ in negotio generationis* tueri, inſuperque quadantenus demonſtrare, quomodo alia levia, vilia ac anilia contradictionum ſpecimina aliorum ludibrio exponi queant: probavimus multis occaſionibus, quod hæc aſſertio fundamentis *divinæ revelationis* & *ſobriæ rationis*, imo *inconcuſſæ obſervationis* nitatur & quod a figmentis, ſuppoſitis ac lepidis experimentis & curioſitatibus, quibus infantilia ingenia captantur, libera exiſtat, de quibus poſterioribus chimæris valet illud *Lutheri in Geneſ. XX. v. 1. p. m. 240. 241.* Wenn du einen Affen, welches doch ein ſchändliches unnützes Thier iſt, etwa an einen gemeinen Ort öffentlich aufſtellen wolteſt, wirſt du balde Leute finden, die darnach an ſelbigen Ort lauffen, ſich auch des Affens, als eines ſehr ſchönen Thieres verwundern würden. idem author dicit *Geneſ. XVIII. v. 14. p. 188.* Es iſt nicht gnugſam, daß man von Sachen ſcheinbarlich rhetoriſiren kan, (i. e. verboſa & ridicula *examina* formare & indicare) ſondern man muß auch ein dialecticus ſeyn, und wiſſen, was wohl gegründete, ſtarcke, gewiſſe und wahrhafftige Sprüche und Erweiſungen ſeyn. conf. Proverb. 29. v. 26. haud enim glorioſa obtrectatio & imaginatio veritatem confirmat, præcipue quando ſpeculatores quidam futilem & phantaſticum microſcopiorum abuſum conciliant, ac in *ovulis prima hominum ſtamina* & *lineamenta* adſpexiſſe & detexiſſe nugantur, aut ex dicto Geneſ. III. 15. demonſtrationem aliquam proferre non erubeſcunt, quod in *ovulo matris corpus Salvatoris* latitaverit, quos attinet effatum *Dannhaueri in Lacte Catechetico Part. I. p. 274.* Es bricht die Hoffart aus in gloriationes und Ruhmredigkeit, da ſteht der Brillenreiſſer, ſchneidet auf mit dem groſſen Meſſer, tritt auf den Stuffen des Babyloniſchen Thurms hinauf, thut ſich vor der Welt herfür, daß man das Thier mit langen Ohren ſehen möge: nec deſunt, qui veritatibus divina authoritate coruſcantibus obloquuntur: hinc *Martyr Cyprianus de Epiſcopo Romano Cornelio* ait: *quod quædam de illo inhoneſta &*

ma-

maligna jactentur, volo mireris, cum ſcias hoc ſemper opus eſſe diaboli, ut ſervos Dei mendacio laceret & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, ut qui conſcientiæ ſuæ luce inclareſcunt alienis rumoribus ſordidentur. Malevole itaque de anima quatenus natura judicant, quaſi *hæc tantum corpus turbare* & offendere, *haud* vero *adjuvare* & fovere queat: *Lutherus l. c. cap. XX. v. 8. p. 256. b.* dicit: Jch bin darum dem Plinio ſehr feind, daß er die Natur beſchuldiget, alſo, daß ſie allezeit unſere Stief-Mutter, und nicht vielmehr unſere rechte Mutter ſey. Addimus *Galeni* effatum *de Uſu Partium Lib. 2. c. 3. Quicunque vult operum naturæ eſſe contemplator* (i. e. qui vult veram naturæ notitiam aſſequi) *non oportet eum anatomicis libris credere, ſed propriis oculis, aut ad nos accedere, aut cum aliquo, qui nobiſcum verſati ſunt, verſari*: (i. e. non garrula & nugaci lingua fabulari, quicquid in buccam venit) Obſignamus itaque præſentem noſtram tractationem effato *Goſmanni in Ep. ad Henr. Mullerum*: Es darff keines weitern Ausführens, zumahlen die Sache dermaſſen klar, daß es beynahe Schande iſt, darüber ein Wort verliehren ſollen: man kehre ſich nicht an anderer Poſſen: Vide & viciſſi. GOtt Lob! ein anderer kennet auch noch ſchwartz und weiß. Rogamus divinam Clementiam, ut hanc veritatem de animæ humanæ potentia in œconomia vitali gratia ſua porro protegat, efficiatque, ut eadem contra malevolos animæ oſores ulteriori proſperrimo & feliciſſimo progreſſu avtomatica machinamenta deſtruat, ſterilesque ac garrulas objectiones diſſipet, ne opinionum ac figmentorum glaucomata innocentes corrumpant ac ſeducant mentes, ſed quo magis magisque ordo DEI in naturali vita inclareſcat, qui præſentis noſtri inſtituti, (quod eadem divina Bonitas ſua protectione beet) ſincerus eſt

FINIS.